# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

ET

## LEGES NOVELLAE AD THEODOSIANVM PERTINENTES

CONSILIO ET AVCTORITATE ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDERVNT

TH. MOMMSEN ET PAVLVS M. MEYER

ACCEDVNT TABVLAE SEX

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

EDIDIT

ADSVMPTO APPARATV P. KRVEGERI

TH. MOMMSEN

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

TEXTVS CVM APPARATV

---

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# CONSPECTVS PARTIS POSTERIORIS

pag.

GESTA SENATVS ROMANI DE THEODOSIANO PVBLICANDO . . . 1

THEODOSIANI TITVLI . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 5

THEODOSIANI LIBRI XVI . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 27

CONSTITVTIONES SIRMONDIANAE . . . . . . . . . . . . . . . 907

# LIBER NONVS.

## I [= BREV. I, 1]. DE ACCVSATIONIBVS ET INSCRIBTIONIBVS.

*Iust.* 9, 2 de inscr. et acc. *O*

VIIII, 1, 1 [= BREV. VIIII, 1, 1] (316/7 Dec. 4).

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD OCTAVIANVM COM(ITEM) HISPANIARVM. Quicumque ⌜clarissimae dignitatis⌝ virginem rapuerit vel fines aliquos invaserit vel in aliqua culpa seu crimine fuerit deprehensus, statim intra provinciam, in qua facinus perpetravit, publicis legibus subiugetur ⌜neque super eius nomine ad scientiam nostram referatur⌝ nec fori praescribtione utatur. Omnem enim ⌈ honorem reatus excludit, ‖ cum criminalis causa et non civilis res vel pecuniaria moveatur. DAT. PRID. NON. DEC. SERDICAE, ACCEPTA V NON. MART. CORDVBA GALLICANO ET BASSO CONSS.

| IVST. |
| --- |
| ⌜non inlustris, sed tantum clarissima dignitate praeditus⌝ |
| ⌜ ⌝ *om.* |
| ⌈ huiusmodi |
| ‖ *fin.* |

INTERPRETATIO. Quicumque damnabile vel puniendum legibus crimen admiserit, non se dicat in foro suo, id est in loco ubi habitat, debere pulsari, sed ubi crimen admissum est, ab eius loci iudicibus vindicetur nec de eius persona ad principem referatur.

---

*V (cum Solms.).* — BREV. *(HNY$^2$D[*'ex libro Theodosiii VIIII'*]BGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 3, 24, 1.

1 ad octauianu *L* com̄] cm̄t *H* spaniarum *HS*, spaniae *B*, spani̅ *NL* 2 quicumque] quae *PML* clarissima *S* dignitates *N* finis *N* 2/3 aliquos] aliquas *B*, aliqua culpa *G*, quos *L*, alienos *E$^v$* 3 aliqua culpa] aliquo *BG* seu *om. G* crimen *H* 4 statim *om. Iust. (Lat.)* intra] in *N* prouincia *NL* publicis] suppliciis *G$^t$* 5 subiungitur *N*, subrogetur *E$^v$ Pith.* eius *om. L* nomen *B* nostra *L* 6 perscriptione *ECPMLS* 6/7 reat. eccl. hon. *O* 7 criminales *B$^a$* causa et] causae *V$^1$ (cum Solms.), om. B* ciuiles *NB$^a$G* uel] sed *O* 7/8 peculiaria *PMLS*, pecunia *BG*, pecuniam *N* 8/9 dat. prid. (iii *GE*) non. (id. *G*) dec. (nouemb. *N*) serdicae (serdiciae *N*, sirmio *O*, *om. B*) acc. u *(om. HM)* non. mart. corduba (*V*, cordoba *YDBGEPM*, cordoua *N*) gall. et basso *libri* 10 damnabilem *PML* puniendo *L*, puniendis *G$^t$* 11 ubi habitat] ubitat *N*, quo h. *PMLS* deberi *L* pulsari] et publicari pulsari *G$^a$*, publicari uel pulsari *G$^b$* deferatur *C$^a$*

---

VIIII, 1, 2 (319 Ian. 13).

IDEM A. AD IANVARINVM. Quicumque ex eo die, quo reus fuerit in iudicio petitus, intra anni spatium noluerit adesse iudicio, res eius fisco vindicentur et si postea repertus nocens fuerit, deprehensus saeviori sententiae subiugetur. Sed et si argumentis evidentibus et probatione dilucida innocentiam suam purgare suffecerit, nihilo minus facultates eius penes fiscum remaneant. DAT. ID. IANVAR., ACC. V KAL. AVG. CORINTHO CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS.

---

*V.* — IVST. 9, 40, 2.

1 Ianuarinum] *mag. incertus* 3 deprachensus *V* saeuiori] seueriori *Iust. (praeter N)* | 4 suffecerit] suffecer.. *V* 6 licinnio caes. *V*, constantino caes. *Iust. [Hal.]*

VIIII, 1, 3 [= BREV. VIIII, 1, 2] (322 Febr. 9).

IDEM A. AD AGRICOLANVM. Cum ius evidens adque manifestum sit, ut intendendi criminis publici facultatem non nisi ex certis causis mulieres habeant, hoc est, si suam suorumque iniuriam persequantur, observari antiquitus statuta oportet; neque enim fas est, ut passim mulieribus accusandi permissa facultas sit. Alioquin in publicis olim quaestionibus interdum aut admissa probatio est aut accusantis auctoritas. Patroni etiam causarum monendi sunt, ne respectu conpendii feminas, securitate forsitan sexus in actionem inlicitam proruentes, temere suscipiant. P(RO)P(OSITA) V ID. FEB. PROBIANO ET IVLIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Feminis nisi in sua suorumque causa quemquam accusare non liceat, quia susceptione alienarum causarum legibus prohibentur. Advocatos etiam commonendos, ne contra leges suscipiant in alienis causis feminas litigare cupientes.

---

*V (cum Solms.).* — BREV. *(H[deficit* 2 *in* habeant*]NBGO[om. int.]EXCPMLS).*

1 ad africolanum *V*, ad agriculanum *G*, ad agriculam *N*, ad agricolam *Pith. (ex 2)*, adgriculano coss. *L: mag. incertus* cum ius *V*[2] *brev.* (cuius *EL*), cum (*om.* ius) *V*[1] *(cum Solms.)* manifestus *N* intendendi] *V*, intendandi *NG*, intestandi *HBC*, intentandi *OE Pith.*, intemptandi *PMLS*, *inc. X* 2 publice *N* facultati *H* ex certis] exceptis *N* causis] accausis *L*, causi *G* mulieris *NS* sua *N* 3 iniuria *N*, iniurias *O* obseruare *NL*[a] statute *L* oportet] persecutione *E* fas] nefas *E* 4 passi *L* perm. fac.] f. p. *O* 5 aut] haud *O* amissa *NBGL*[a] accusantis] accusantes *N*, accusandis *E*: *fortasse scr.* accusandi iis 6 ne] nec *NE* respectum *E*, respecti *PML* seueritate *BG*[v] 7 actione *BG*[v], accessione *G*[t], ac...tionem *E* inlicita *B*, publicam *O* proruentis *E* 7/8 $\overline{pp}$ (dat. *NBGO*) u id. feb. (x *ins. B*) probiano (probino *G*) et iuliano (ualentiniano *N**) *libri* 9 sua] sua causa *E* causam *N* 10 quia] qua a *M*[a], quia a *CPM*[b]*LS* susceptionem *G* aduocatus *NGMS*, aduocati *edd.* commonendus *NE*[a]*S*, commonendus est *G*, commonendi sunt *edd.* ne] nec *GL* 11 legis *E*, legem *LS*, lege *PM*

---

VIIII, 1, 4 (325 Sept. 17).

IDEM A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. Si quis est cuiuscumque loci ordinis dignitatis, qui se in quemcumque iudicum comitum amicorum vel palatinorum meorum aliquid veraciter et manifeste probare posse confidit, quod non integre adque iuste gessisse videatur, intrepidus et securus accedat, interpellet me: ipse audiam omnia, ipse cognoscam et si fuerit conprobatum, ipse me vindicabo. Dicat, securus et bene sibi conscius dicat: si probaverit, ut dixi, ipse me vindicabo de eo, qui me usque ad hoc tempus simulata integritate deceperit, illum autem, qui hoc prodiderit et conprobaverit, et dignitatibus et rebus augebo. Ita mihi summa divinitas semper propitia sit et me incolumem praestet, ut cupio, felicissima et florente re publica. P(RO)P(OSITA) XV KAL. OCTOB. NICOMED(IAE) PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

---

*V*

---

VIIII, 1, 5 [= BREV. VIIII, 1, 3] (326 [320] Mai. 22).

IDEM A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quodam tempore admissum est, ut non subscribtio, sed professio criminis uno sermone ex ore fugiens tam accusatorem quam reum sub experiendi periculo de patria, de liberis, de fortunis, de vita denique dimicare cogeret. Ideoque volumus, ut remota professionis licentia ac temeritate ad subscribtionis morem ordinemque criminatio referatur, ut iure veteri in criminibus deferendis omnes

---

1 maximum] *brev.*, maximinum *V* $\overline{pu}$] pp$\overline{o}$ *NB*, pp$\overline{m}$ *E* quoddam *G* 2 suscribtio *V* ex ore] uxor *G* qua *L* 3 reum] eum *B* experiendo *N* libertis *N* de uita] debitam *N* 4 cogerit *B*, cogere *NG*[a], cogeri *G*[b], quo cogeret *S*, cogetur *E*[t] ideoque] idemque *N*: *requiritur* immo professio *E* licentiam *L* temerate *D* ad *om. B* 4/5 suscribtionis *V*, suscriptiones *E*, superscriptionis *G*[v], susceptionis *G*[t] 5 mores *N*, mortem *G*[t] criminatio] criminatorem *BG*[t] deferatur *OYD* ut] aut *PML*, *om. BG* iuri *L* uetere *E*

utantur, id est ut sopita ira et per haec spatia mentis tranquillitate recepta ad supremam actionem cum ratione veniant adque consilio. DAT. XI KAL. IVN. SIRMIO, ACC. ROMAE CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis iratus crimen aliquod temere cuilibet obiecerit, convicium non est pro accusatione habendum, sed permisso tractandi spatio id quod iratus dixit per scribturam se probaturum esse fateatur. Quod si fortasse resipiscens post iracundiam quae dixit iterare aut scribere fortasse noluerit, non ut reus criminis teneatur.

*V (cum Solms.).* — BREV. *(NYDBGO[om. int.]ECPMLS).*

1 ut] ut per $V^{a}$ *(vel $V^{1}$)* sopita] subita *B* per] post $BG^{v}E$ haec] temporis *O* spatia] $V^{2}$ *(cum Solms.) et brev.*, patia $V^{1}$, patientia $V^{1*}$ mentes *N* 1/2 suppremam *V* 2 uen. adque cons.] et cons. uen. *O* 2/3 dat. xi *(rel. et $N^{*}$*, xii *N)* k. iun. (iul. *GO*) sirmio (sermio *PM*, firmio *C*) acc (ppū *ins. YD*, ppo *ins. Pith.*) rom. *(om. G)* const. a. uii (u *Pith.*) et constantio (constante *VO*, constantino *D*) c̄ *(sic NYDEC, om. reliqui) libri. Propter praefectum revocanda videtur ad a. 320* 4 aliquod (quid *C*) tem.] t. a. *G* 5 permissum *N* spatium *E* 5/6 se per scriptura se *N* 6 fatetur *C* 7 conscribere *E*

VIIII, 1, 6 (328 [362/3] Dec. 1).

IDEM A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Edi criminalia acta ut civilia iubemus, his videlicet, quorum salus ad discrimen vocatur, neque expectari deprecationem actorum neque arte accusatoris differri, ut de innocentia iudicantis adque aequitate consistat. DAT. KAL. DECEMB. IANVARINO ET IVSTO CONSS.

*V (cum Solms.).*

3 iudicantis adque aequitate consistat] *scr.* iudicantis aequitate constet 4 *est Iuliani, vide ad 1, 16, 5*

VIIII, 1, 7 (338 Oct. 18).

IMP. CONSTANTIVS A. DOMITIO LEONTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ii, quos custodia delatae criminationis includit, intra unius mensis spatium audiantur inquisitione completa, ne, si delati criminis causam segnius iudicantis lenitudo distulerit, reciprocos poenae sortiatur incursus. DAT. XV KAL. NOV(EM)B. VRSO ET POLEMIO CONSS.

*V (cum Solms.).*

1 dometio *V* hii *V* 3 lentitudo *Heroldus*

VIIII, 1, 8 (366 Nov. 17).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD MAXIMINVM CORRECTOREM TVSCIAE. Non sinendum est, ut quisque negotii criminalis strepitu terreatur, nisi inscribtione conscribtus et exhibitionis iniuriam et rei condicionem sustineat. DAT. XV KAL. DEC. REMIS, ACC. FLORENTIAE GRATIANO NŌB. P̄. C. ET DAGALAIFO CONSS.

*V (cum Solms.).*

2 criminalis] *V rec. m. saec. IX vel X,* criminali *V (cum Solms.)* 4 gratianob caes. et galaifo *V*

VIIII, 1, 9 [= BREV. VIIII, 1, 4] (366 [381?] Nov. 25).

IDEM AA. AD VALERIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Non prius quemquam sinceritas tua ad tuae sedis examen iubebit adduci, quam sollemnibus satisfecerit qui nititur fidem doloris

1 idem] impp. ualent. et ualens (theodosius *E*) *brev.* aā *om. O* ualerianum] ualentinianum *PMLS*, uualliam *O: fortasse scr. cum Pagio* uiuentium, *quem constat hoc anno urbem administravisse* pū] publium *S*, ppō $BG^{a}L$, ppu $G^{b}$, ppm̄ *E*, pp̄ *Pith. (ex 2?)*, pro˙ *N*, pfo *C*, p *YD* 2 sedes $NY^{a}$ ex. iubebit (iubeat *PMLS*, iube $Y^{a}$)] i. e. *G* addici *N* sollemnibus] s. uerbis *O* qui] in *S* fide dolores˙ *YD*

adserere, cum iuxta formam iuris antiqui ei qui coeperit urguere aut vindicta proposita sit, si vera detulerit, aut supplicium, si fefellerit. DAT. VII KAL. DEC. REMIS GRATIANO N. P. ET DAGALAIFO CONSS.

INTERPRETATIO. Tam civile negotium quam criminalem accusationem professio manu accusatoris conscripta praecedat.

*V (cum Solms.)*. — BREV. *(NYDBGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 9, 46, 7. — FORMVLAE (mon. Germ. LL. vol. 5) p. 536 n. 4. 5.

1 forma *NL* antiqui] antique *E*, antiquitas *B* ei] et *N*, *om. S* qui] cui *VC* urguere] *V BGE Iust.*, urgere *NDO*, urgeri *Y*, arguere *V (m. rec.)PMLS* 2 uera] $V^2$*NYDOECM*$^b$, uer.a $M^a$, uero $V^1$*PLS*, uerum *BG* supplicio *N*, simplicium *C* 2/3 dat. uii (ui *G*) k. *(rel. et* $N^*$, id. *N)* dec. remis (romae *E*, *om. Y DG*) gratiano (gratianum $Y^a$*D*, datiano *Pith.*) n̄p (p̄ *C*, ā *EPM*, aug. *BS*, *om. VNYDGO*) et (e *S*) dagalaifo (*sic OPM*, dagaleifo *N*, dacalaifo *B*, dagailafo *C*, dagaeleifo *Pith. [ex 3]*, dagaleufo *G*, balaufo *E*, gradalaifo *V*, guduleufo *Y*, guduleulfo *D*) *libri* 4 criminalem] *NYDBGE*, criminale *CPMLS* accusationem] accusatione *C*, accusationis *edd.* manuum *BG* 5 procedat *G*

VIIII, 1, 10 [= BREV. VIIII, 1, 5] (373 [368] Nov. 13).

IDEM AA. ET GRATIANVS A. AD FLORIANVM COM(ITEM). POST ALIA: Ultra provinciae terminos accusandi licentia non progrediatur. Oportet enim illic criminum iudicia agitari, ubi facinus dicatur admissum. Peregrina autem iudicia praesentibus legibus cohercemus. DAT. ID. NOV. MARCIANOP(OLI) VALENTINIANO ET VALENTE IIII AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Criminum discussio ibi agitanda est, ubi crimen admissum est; nam alibi criminum reus prohibetur audiri.

*V (ad 3 admissum cum Solms.)*. — BREV. *(NYDBGO[om. int.]ECPMLS)*. — THEODERICVS 103. — Cf. 9, 1, 16.

1 idem āā] īd ā *V*, idem āugg ualentinianus *N* et *(om. G)* gr. ā *om. O* ad florianum] ad florentium *YDO*, florentino *L* com.] *rerum privatarum* ultra] intra $G^t$ prouinciae] $V^{2*}$ *brev.* (-ciam $G^a$), prouincia $V^1$ (prouinciam et *Solms.*) 1/2 terminus *S* 2 licentiam $V^1$ (accusatori non erit licentia *Solms.*) $G^a$ illi *E* 3 dicatur] dicitur *BGOE* legibus] iudiciis $V^1$ cohercemus] coheremus *L* 4 dat. *(VNYD BGEC*, dat. prid. *PMS*, dat. u *O)* id. nou. marcianopoli (marcionopoli *S*, martiano *Pith.*, constpl *B*, *om. E*) ual. *(om. Pith.*, iii *ins. NO)* et ual. iiii(iii *OE*) āā (ā *YD*) *libri: locus requirit* ual. et ual. ii conss. 5 aganda *L* nam] num *Y* 6 criminum] *NYDBGEC*, criminis *PMLS* reos $Y^1$

VIIII, 1, 11 [= BREV. VIIII, 1, 6] (373 [368] Nov. 9).

IDEM AAA. AD FLORIANVM COM(ITEM). POST ALIA: Nullus secundum iuris praescribtum crimen quod intendere proposuerit exequatur, nisi subeat inscribtionis vinculum. Etenim qui alterius famam fortunas, caput denique et sanguinem in iudicium devocaverit, sciat sibi inpendere congruam poenam, si quod intenderit non probaverit. ET CETERA. DAT. V ID. NOV. CONSTANTINOP(OLI) VALENTINIANO ET VALENTE IIII AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Nisi inscriptione celebrata reum quemquam non fieri nec ad iudicium exhiberi, quia sicut convictum poena constringit, ita et accusatorem, si non probaverit quod obiecit.

*VT [incipit 2 nisi]*. — BREV. *(NYDBGO[om. int.]ECPMLS)*. — THEODERICVS 13. — FORMVLAE (mon. Germ. LL. vol. 5) p. 536 n. 5.

1 aa.]*E* com.] *rerum privatarum* praescribtum] *VNYDB Pith.*, perscriptum *GEC*, proscriptum (-tam *L*) *PMLS* 2 intendere proposuerit (-rint $V^a$)] intenderit *O* inscribtionis] scriptionis *BGPMLS*, in *(sp. vac.)* nis $E^t$ 3/4 denique et sanguinem in iudicium (-cio *BGE*) deuocauerit (euocauerit *PML*, deuorauerit *BG*) sciat sibi impendere] denique dere *(rel. om.) N* 4 congrua *N* quod] cui *N*, sicut *C* 4/5 dat. u *(sic TNYD GECPMS Pith.*, ui *BO*, *om. V)* id. nou. constantinopoli ual. (iii *ins. N*) et ual. iiii *(post* aa *T*, *om. OE)* aa *(om. O) libri: vide ad praecedentem* 6 inscribtione] scriptione *PML* celebrata reum] celebratarum *C*, celebrata per ordinem reum *Pith. et inde Cui. 1586 et edd. reliquae* 7 poenam $N^a$*Y* 8 obiecit] dicit *C*. — *Ad interpretationem adscriptum est in margine D:* ea pena subiaceat accusator, si non probaverit, quia et accusatus conuictus.

VIIII, 1, 12 [= BREV. VIIII, 1, 7] (374 [375] Aug. 12).

IDEM AAA. LAODICIO PRAESIDI SARDINIAE. Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine quo premuntur exuerint. Nam sanctionum veterum conditores adimendam licentiam omnibus censuerunt in accusatores suos invidiosam dicendi vocem. Nullam itaque optineat in iudiciis auctoritatem periclitantium furor, qui si latius evagetur, ne ipse quidem cognitor tutus erit aut quaestionem securus agitabit, qui exequendo iuris severitatem non potest illorum quos punit odium evitare. DAT. PRID. ID. AVG. CARNVNTI GRATIANO A. III ET EQVITIO V. C. CONSS.

**IVST.**

**Neganda est accusatis, qui non suas suorumque iniurias exsequantur, licentia criminandi in pari vel minori crimine, priusquam se crimine quo premuntur exuerint, secundum scita veterum iuris conditorum, ita tamen, ut et ipsi inscriptiones contra eos etiam pendente accusatione deponere possint *fin.***

**INTERPRETATIO. Non credendum est contra alios eorum confessioni, qui in criminibus accusantur, nisi se prius probaverint innocentes, quia periculosa est et admitti non debet rei adversum quemcumque professio.**

---

*VT.* — BREV. (*H[redit* 13 qui*]NYDBGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 9, 1, 19.

**1 laudicio *YDG*$^{b}$*EPM*, lauditio *NS*, laodicaeo *C*, laudatio *BG*$^{a}$*L Pith.*, eladio *Pith.*, claudio *Pith.* praesidi] ppo praeside *N*$^{a}$*(?)* 2 accusatis] accusantis *V*$^{1}$*E*, accusatoris *S*, accusatori *PML*, accusandi *G* 2/3 criminandi priusquam] criminosis non prius detur quam *BG* 3 se] s *T*$^{a}$, *om. PML* crimine] a cr. *BG* quod *N* premuntur] praemuntur *T*, oppremuntur *Y*$^{a}$, obstrixit *PM*, obtrixit *L*, pulsantur *S* exuerent *N*, exuerit *PML*, exuenerint *B*$^{a}$ 4 sanctionem *N* uetere *Y*$^{a}$, uerum *B*$^{a}$ conditoris *N* 5 censuerunt] ce....... *V*$^{a}$, consuerunt (-rint *G*$^{a}$) *NG* in] reis in *O* 6 inuidiosa *TNB* uoce *B* nulla *L* itaque] que *D*$^{2}$ 6/7 obtinet *B* 7 iudicium *B*$^{a}$, iudicio *B*$^{b}$ auritatem *Y*$^{a}$ uericlitantium *N*, peregrinantium *G*$^{t}$*C* 8 furore *G* si] se *N* euagitur *N*, euagentur *PMLS* ne] nec *BGE* 9 totus *N* aut] ut *N*, ac *S*$^{1}$ quaestioni *G*$^{v}$ securus] se securus *PML* 9/10 agitauit *NES*, cogitabit *G*$^{v}$ 10 qui] qui in *T*, quae *G* exequendum *B* securitatem *E* 11 quos] quod *PMLS* ponit *E*, ponat *N* odia *T* deuitare *O* 11/12 dat. prid. (iii *GEPMS*) id. *(om. C)* aug. carnunti (carnonti *NPM*, carnont *E*, carnuntii *YD*, charnonti *S*, carnunci *G*, carnuntio *B*, carnoti *O*, garunti *Iust. [L]*, carnuntio *et* carnuntii *et* carnucii *Pith.*, clarimonti *Iust. [Hal.]*) grat. a *(om. TYD)* iii (iiii *T*, *om. O*) et equitio u. c. (uiro cla *B*, uiro claro *S*, uic *E*, *om. TNYO*) *libri: scr.* p. c. Gratiani A. III et Equitii, *quoniam a. demum 375 Valentinianus ex Galliis transiit in Pannoniam* 13 reddendum *N*$^{a}$ confessionis *P*, confessionem *N* in *om. H* 14 accusantur *om. H*$^{a}$ prius *om. H*$^{a}$ et] haec *B* debebit *E* 14 rei *post* 15 quemcumque *H* 15 aduersum] *NYGEC*, aduersus *H(?)BPMLS* quemque *N* confessio *PMLS***

---

VIIII, 1, 13 (376 Febr. 11).

IMPPP. VALENS, GRA(TIA)NVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD SENATVM. POST ALIA: Provincialis iudex vel intra Italiam, cum in eius disceptationem criminalis causae dictio adversum senatorem inciderit, intendendi quidem examinis et cognoscendi causas habeat potestatem, verum nihil de animadversione decernens integro non causae, sed capitis statu referat ad scientiam nostram vel ad inclytas potestates. Referent igitur praesides et correctores, item consulares, vicarii quoque, proconsules de capite, ut diximus, senatorio negotii examine habito. Referant autem de suburbanis provinciis iudices ad praefecturam sedis urbanae, de ceteris ad praefecturam praetorio. Sed praefecto urbis cognoscenti de capite senatorum spectatorum maxime virorum iudicium quinquevirale sociabitur et de praesentibus et administratorum honore functis licebit adiungere sorte ductos, non sponte delectos. ET CETERA. LECTA IN SENATV III ID. FEB. VALENTE V ET VALENTINIANO AA. CONSS.

---

*VT*

1 . . lens et grat. aa *T* 5 inclytas] *V*, incly... *T* 6 quoque] *scr.* quoque et negotio *V*$^{1}$ 8 praetorio] *V*, praetorianam *T* cognoscenti] *scripsi*, cognoscente *V*, ........ente *T* 9 iucium *V*$^{1}$ quinqueuirales *T*

VIIII, 1, 14 [= BREV. VIIII, 1, 8] (383 Mai. 27).

IMPPP. GRATIANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD MARINIANVM VIC(ARIVM) HISPANIAE. Qui vel internicivi exerit actionem vel crimen suspectae mortis intendit, non prius cuiusquam caput accusatione pulset, quam vinculo legis adstrictus pari coeperit poenae condicione iurgare, ita ut etiam || servos si quis crediderit accusandos, non prius ad ˹miserorum˺ tormenta veniatur, quam se ˹accusator˺ vinculo ˹inscribtionis˺ adstrinxerit. || Adpetendorum enim causa servorum aut dispendium facultatum est aut poena dominorum. DAT. VI KAL. IVN. PATAVI MEROBAVDE ITERVM ET SATVRNINO CONSS.

IVST.
|| *inc.*
˹corporum˺
˹*om.*˺ | ˹subscriptionis˺
|| *fin.*

INTERPRETATIO. Quicumque alium de homicidii crimine periculosa vel capitali obiectione pulsaverit, non prius a iudicibus audiatur, quam se similem poenam, quam reo intendit, conscripserit subiturum: et si servos alienos accusandos esse crediderit, se simili inscriptione constringat: futurum ut supplicia innocentum servorum aut poena capitis sui aut facultatum amissione conpenset.

*VT.* — BREV. *(HNYDBGO[om. int.]EXCPMLSK. 14. 16. 17).* — IVST. 9, 2, 13. — BVRG. R. 7, 1. 2 *ex* Theodosiani libro nono sub titulo primo *sic:* Si quis ingenuus ingenuo crimen intendens quod obiecit se scripserit probaturum, si probatio defuerit, inscribendi se cum eo quem accusat corporali supplicio, licentia non negetur, ita ut aut caput aut facultatem suam obliget . . . . . Si vero ingenuus servum cuiuscumque putaverit inscribendum, aut caput suum aut facultatem integram noverit obligari, quam non probato crimine domino servus adquirat. — FORMVLA TVRONENSIS n. 29 (MG. form. p. 152; cf. ibidem p. 537).

1 impp.] imperatio *S* ual] et ual. *C*, ualentinus *S* et theod.] theod. *O* ad marinianum] *THYDOP$^{a}$C Pith. (ex 3) Iust. Burg.*, ad marianianum *16*$^{1}$, ad marianum *NBGEP$^{b}$MLSK 14. 17*, mariano *Pith. (ex 2)*, ad marinum *V* uicarium] comitem *G*, prepositum *O*, ūc *17* 1/2 hispaniae (-nie *T*)] *VT Iust.*, spaniae *Burg.*, hispaniarum *YDGOECPML 14*, hispaniorum *K*, spaniarum *HBS*, hisp̄ *N* 2 interniciui] *HN YDE Pith.*, .. ternaeciui *T*, interneciui *VOCK*, internecui *S 16*, interneccui *L*, inteneciu *(sic) M*, int[erneciu]ue ([ ] *in litura*) *P*, internicii *G$^{v}$*, interneciuili *G$^{t}$*, internae ciue *17*, interne uel ciuili *B*, in ciuilem traiectiue *14*$^{1}$ exerit] exeret *H*, exerci *N*, uexegerit *G$^{v}$*, exierit *E* susceptae *HBG$^{t}$E$^{v}$ Pith.* 3 cuiusquam] *T brev. (praeter H[?])*, cuiuscumque *VH (?) edd.* capud *V* accusationis *N* pulsit *14* qua *N* uinculum *16* 3/4 abscriptus *YDBG$^{t}$* 4 caeperint *K* poenae] poena *E Pith.*, pe *(sic) X*, poena et *BG*, *om. 14* condicioni *V*, conditione *Pith.* iurgari *BGO*, iugare *L*, iugari *14* ita ut] id aut *X* 5 seruos] seruus *NYD 14*, *post* si quis *O Iust.* si quis] si qui *PML SK 14. 16. 17*, quisquis *BG$^{v}$* accusandus *NY DXM 14* non prius *bis 14* 5/6 miserorum] seruorum *BG$^{t}$* 6 quam] qua *S*, *bis N* accusatur *14* 6/7 inscribtiones *Y*, inscriptione *N*, scriptionis *PMLK 14. 17*, adscriptionis *S 16* 7 adexstricserit *X*, adstrixerit *Y$^{b}$D*, adstrixerint *H*, adtrinxerit *G$^{a}$*, adtrinxerint *N* enim *om. K$^{a}$* causas *B* aut] an *N$^{a}$* 8 aut] ut *L* 8/9 dat. ui (u *G*) k. (id. *B*) iun. *(H(?)C*, ian. *VTNYOCPMS 17 Iust. [Hal. L]*, nou. *BE)* pataui (battaui *C*, patami *B*) merobaude (merebaude *YD*, merobaudo *PM 17*, merapaudo *S*) ii (iterum *V*) et sat. *libri* 10 de *om. N* homicidii] homicidiorum *X* capitale *X* 11 quam] quem *L*, qua *X* se] re *X*, *om. Y$^{1}$E* poena *S* quam] qua *X*, *om. C* reo] reum *N*, reti *X*, in reo *E$^{2}$* intendet *H*, intendat *14* 12 subitorum *X* si] si se *M* seruus *NYDEXCK 14$^{a}$. 16* alienus *NYDG$^{a}$EXCPMK 14$^{a}$. 16* accusandus *NY$^{2}$DG$^{a}$ECK 14$^{a}$. 16*, accusandum *X* si simili] simili se *BG*, sed simili *N*, persimile *X*, simili *EK* scriptione *PMLSK 14. 16. 17* 12/13 constringat] constringant *X*, se constr. *E* 13 futurum] futururum *N$^{a}$*, futurorum *N$^{b}$*, *om. H* ut *om. C* capitis] capita *X*, capiti *G* facultatem *14$^{2}$*. *Ad marginem interpretationis addit D:* quicumque alium de homicidio vel criminali abiectione pulsaverit, non prius a iudicibus audiatur, quam similiter poenam se conscripserit subiturum quam reo intenderit.

VIIII, 1, 15 [= BREV. VIIII, 1, 9] (385 Apr. 30).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Concessum singuli universique cognoscant non emendicatis suffragiis decretorum, sed lite suis

IVST.
Singuli universique iudices cognoscant in publicis criminibus non oportere emen-

1 aaa] ā *N* cy(*vel* i)negio] cynigio *E*, quiuegio *B*, cy(*vel* i)nedio *PMLS* 2 consensum est *G* 3 euindicatis *NYD*, 'in reḡ et intr̄ emendicatis' *Y (marg.) D (marg.)* litis *BGE*

nominibus instituta inlustris et magnificae celsitudinis tuae adeundam potestatem, quoniam accusari unumquemque per alterum non oportet: videlicet ut iustitia et aequitate, qua notus es, in iudice punias, si innoxios verberavit, in officio, si fortasse conticuit, quod caedi decuriones innoxios non liceret. DAT. PRID. KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

**dicatis suffragiis decretorum aut relationibus a publicis personis destinandis credere, sed rei veritatem requirere *fin.***

**INTERPRETATIO. In criminalibus causis vel obiectionibus per mandatum nullus accuset, nec si per rescriptum principis hoc potuerit inpetrare, sed ipse qui crimen intendit praesens per se accuset inscriptione praemissa. Iudices autem puniendi sunt et damnandum officium, si fortasse tacuerint, si innocentem nisi praemissa inscriptione subdendum crediderint quaestioni.**

*VT.* — BREV. *(HNYD[in utroque adscripta v. l. sub praescripto* in $\overline{r}$g et intr.*]BGO[om. int.] ECPMLS).* — IVST. 9, 2, 14. — THEODERICVS 14.

1 nominibus] omnibus *BG* instituta] restituta *BG*$E^b$*PML* inlustris] is libris *B* magnificum *B* 2 quoniam] quod *L*, quod non *S* 2/3 accusare *NE Pith.* 3 per] pro *S* alterum] alium *Pith.* oportet] portet *H*, poterit *C* 4 ut *om. B* iustitia et] iustitiae *H*, iustitiam et *G* aequitatem *BG* notus] natus $G^t$*C* es] est *H*$G^t$*EC* 5 in iudice] *TYDOECS*, in iudices *VPML*, indice *H*$G^v$ *Pith.*, indici *N*, iudice *B*$G^t$ punia *(sic)* $E^v$, puniat *H*, teneas $G^t$, potius $E^t$ si *om. BG* innoxius *N*$Y^a$*D B*$G^t$$E^a$, innoxias $G^v$, obnoxius $E^b$ ueruerabit *PM*, uerberabit *CLS* in *om. D* 5/6 officium *HNBG Pith.* 6 forte *O* constituit *C*, continuit $E^t$ quo *N* cedi *VT* decurionis *NS* innoxios] innoxius *N*, in innoxios (-xius $G^a$) *BG*, *ante* decuriones *O* 6/7 dat. prid. k. mai. (mart. *T*) constantinopoli (-lim *H*) arc. a. *(om. TBO)* i *(om. TNYDBGO)* et bautone (beutone $N^*$) *libri* 8 in] si $G^t$ criminabilibus *B* obrectionibus *L* 9 per scriptum *BGCL* ipsi *D* intendet *L* 10 inscriptionem $L^a$, scriptione *PML*$^b$*S* damnandum] damnandi *E*, abhominando $G^v$ 11 tacuerit $E^a$*C* si *om. E* scriptione *PML*$^b$*S* crediderit *YDCPMS* quaestionibus *G*

VIIII, 1, 16 (386 Mart. 30).

IDEM AAA. Extra provinciae terminos accusatori non erit licentia progredi, quia oportet illic criminum iudicia fieri, ubi facinus dicatur admissum. DAT. III KAL. APRIL. HONORIO NOBILISSIMO PVERO ET EVODIO CONSS.

*VT.* — Cf. 9, 1, 10.

1 idem aaa. *T*, idem $\overline{aaa}$ tatiano *V interpolans* 2 dica... *T*, dicitur *V*

VIIII, 1, 17 (390 Feb. 15).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Tunc convenit potentiores viros adesse iudiciis, cum eorum praesentiam ⌜criminalis⌝ per inscribtionem causa deposcat ⌈. DAT. XV KAL. MAR. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTER(IO) CONSS.

IVST.
⌜in criminibus publicis⌝
⌈ licet in pecuniariis causis per procuratores lites sustineant

*VT.* — IVST. 9, 2, 15.

5 iiii] *T Iust. (Hal.)*, u *V* 6 neoter̄ *V*, neothe ... *T*

VIIII, 1, 18 [= BREV. VIIII, 1, 10] (396 Aug. 3).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. Ne diversorum criminum rei vel desidia iudicum vel quadam lenitatis ambitione per provincias detenti in carcere crudelius differantur,

1 et *om. O* aa.] eidem *O*, aa. maximo pf. p. *Pithoeus et inde Cuiacius 1586* rei] questio rei *G*, *om. C* 2 quadam] quacumque *G*, quamcumque *B* linitates *N*, u(?)enitatis *T*, leuitatis *Cons.* detenti] degentes $G^t$ carcere] carcerem *HYBECPS Cons.* deferantur *NYDOE*

moneantur omnes iudices productos e custodiis reos disceptationi debitae subdere et quod leges suaserint definire. DAT. III NON. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Rei non multo tempore in carcere vel custodia teneantur, sed celeriter aut innocentes absolvantur aut, si convicti fuerint, criminosi sententia puniantur.

---

*VT.* — BREV. (*HNYDBGO[om. int.]ECPMLS;* CONS. 8, 5; *textus extremis desectis legitur ad marginem voluminis Pithoeani [bibl. publ. Paris. rés. F 4, cf. praef.], interpretatio in libro adfini Fuldensi*).

1 productus *N* e (et *Y*) custodiis (-dia *T*) reos] aequostudiis reus *N* disceptationi (-ne *E*)] discussioni *PMLS Cons.* subicere *Cons.* 2 legis *E* suaserunt *N* 2/3 dat. iii (iiii *Y BE*, prid. *S*) non. aug. const. (*om. E*) arc. (arc. a. *T*) iiii (iii *Cons.*, *om. HO*) et hon. iii (*om. H G Cons.*, hon. iii et arch. iiii *E*) $\overline{aa}$ (ā *TE*, aa. iiii *O*) *libri* 4 multum *L* carcerem *P* $M^a L$ custodia (-am *PS*)] in c. $NY^2EFuld.$ 5 soluuntur *B* criminosis *Fuld.* puniantur *om. C*

---

IIII, 1, 19 [= BREV. VIIII, 1, 11] (423 Aug. 6).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. CONS(VLIBVS), PRAETORIBVS, TRIBVNIS PLEBIS, SENATVI SVO SALVTEM DICVNT. ⌜Accusationis⌝ ordinem iam dudum legibus institutum servari iubemus, ut quicumque in discrimen capitis arcessitur, non statim reus qui accusari potuit aestimetur, ne subiectam innocentiam faciamus. Sed || quisquis ille est qui crimen intendit, || in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscribtionis arripiat, custodiae similitudinem habita tamen dignitatis aestimatione patiatur, || ⌜nec⌝ inpunitam fore noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo
1 supplicii. || Nemo sibi tamen obiectu cuiuslibet criminis blandiatur de se in quaestione confessus veniam propter flagitia sperans adiuncti vel communione criminis consortium personae superioris optans, aut inimici supplicio in ipsa supremorum suorum sorte sociandus, aut eripi se posse confidens ⌜studio⌝ aut privilegio nominati, cum veteris iuris auctoritas de se confessos ne interrogari quidem de aliorum conscientia

| 9, 2, 17 | IVST. 9, 46, 10 |
|---|---|
| ⌜accusationibus⌝ | |
| | \|\| *inc.* Quisquis cr. intendit \|\| *fin.* |
| | \|\| *redit* \| ⌜non⌝ |
| | \|\| *fin.* |
| ⌜aut studio⌝ | |

---

1 honorius ... 2 plebis *om.* $Y^1$, *addit* (*praeter* plebis) $Y^2$ et] e *T* $\overline{conss}$ *V*, consulibus *om. BL* 1/2 praetoribus] $praei\overline{ub}$ *N*, *om. OL* 2 tribunis *om. L* plebes *N*, plebeis *EL*, plebibus *G*, *om. Y* suo] $HY^bS$, sui *V*, *om. reliqui* (*in his Pith.*) *et Iust.*, *def. T* 3 institutum] institum $Y^aD$, statutum $B^bPMLS$, statum $B^a$ 4 in *om.* $S^1$ discrimine *HNGEPMLS* arcessitur] *VHNBOEC*, arcersitur *G*, accersitur (-setur $M^a$) *T* (accer.....) *YDPMLS Iust.* 5 reus *om. O* acusare *L* potuit] non potuit *H* extimetur *HPMS*, aestimatur *N* ne] nec *HYDBGE* subiectum *G*, sublectam *YD* 5/6 innocentiae $G^b$ 6 quisuis $Y^1$, si quis *B*, quisque *E* ille] ille his *N*, hic ille *G* 7 iudicio *N* indicet] *THNYDOC Pith. Iust.*, iudicet *E*, indicet et *VPMLS*, uindicetur et *BG* inscribtionis] scriptionis *S* 8 arripiat] *T* (arrip...) *brev.*, accipiat *V* custodiae] custodiat *YD*, in $\overline{rg}$ et (et *om. D*) $\overline{int}$ custodi.. (*sic Y*, cust⌇ *D*), in dy(onisii) custodiae (custodis ⌇ *D*) *margo Y* (*marg.*) *D* (*marg.*) similitudine *NBG* habita (a[?]u[?]ita *T*) tamen] habitam *C* 9 extimatione *HPM*, aestimationem *NG* inponitam *T* licentia *NE* 10 mentienti *H* poscat] parcat $BG^t$ similitudinem *G* 11 tamen *om. O*, *ante* sibi *Iust.* obiecto *N*, obiectum *BG*, obiecta *H* crimen *BG* 12 blandiatur *ante* 11 obiectu *Iust.* quaetione *T* confusus $G^v$ 12/13 propter flagitia sperans (isperans *H*, speranda *S*)] sp. pr. fl. *Iust.* 13 adiuncti] *V Iust.*, adiungi *T brev.* (*in his Pith.*) uel] se *B*, se uel *G* communioni *PMLS*, communionem *Y* consortio *N*, consortia *C* 14 sup. pers. *O* aut] ut *PML* inimicis *BG*, inimicos *O* supplicium *BG* 14/15 suppremorum *VT*, subprimorum *NG* 15 suorum *bis H* sociandos *NOE* eripi (eripe $L^a$) se] eripisse $E^aY^a$, eripuisse $HBGE^b$, *om. in sp. vac. C* 16 studium *G* nominatim *H* ueteri *PML* 17 se *om. N* confessos nec *L Pith.* confessus ne $HG^tEM^a$, confusione $BG^v$ interrogare *C*

sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem super conscientia scrutetur aliena, || nemo credat supplicia fugienti sponte fingenti; commonitoriis secreto mandatis fidem penitus abnegamus. ET CETERA. DAT. VIII ID. AVG. RAVENNAE ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

IVST. 9, 2, 17
|| *fin.*

INTERPRETATIO. Ante inscriptionem nemo efficitur criminosus: nam inscriptione per ordinem facta tunc a iudice suscipiendus est reus et custodiae cum accusatore tradendus est, ea tamen ratione, ut tam accusati quam accusatoris dignitas aestimetur et unumquemque ante discussionem ita iudex faciat custodiri, ut eorum natales aut dignitas patiuntur. Sane hi, qui crimina sua in quaestione confessi sunt, de aliis si dicere voluerint, a iudice non credantur quia iure et legibus constitutum est, ut spontanea professione reus reum non faciat neque illi de altero credatur, qui se criminosum esse confessus est.

---

*VT.* — BREV. (*HNYD[in utroque adscripta v. l. pariter atque in 9, 1, 15 sub praescripto* in ḡ et intr *vel* int*]BGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 2, 17. 9, 46, 10. — BVRG. R. 7, 4. — THEODERICVS 13.

1 sinat . . . . 2 conscientia (-tiam *TNBLS*) *om. H* 2 scrutetur] iscrutetur*H*, scrutet *B* alienam *TPMLS*, uia aliena *BG* nemo] non *BG*, *bis* $Y^a$ 2/3 [suppli]cia fugienti sponte fingenti *T*, supplicia fugienti $V^1$ *et* 'in r̄g et int' *margo Y*, suplicio confitenti *O*, sponte fingenti $V^2$ *et praeter O libri breviarii HNY* (*qui addit inter versus* 'in dyonisii') *DBGECPMLS* (ponte *pro* sponte *L* — ffugentes *[?] H*, fingentis $E^b$, fingentes *B*, figmentis $G^v$, quingenti *S*) 3 commonitorii $V^2$, commoneri $V^1$, communitoriis *H*, cummunitoris $B^a$, cummunituris $G^a$, commonituris $G^b$, communicaturis $B^b$, commentariis *(pro* commonito *Cui.) Pith.* secreto mandatis] *O*, secreta mandatis $V^1$ *et margo Y*, secret......datis *T*, secretisque mandatis $V^2$*HNYDGECPMLS Pith.* (*deleta lectione Cuiaciana* secretisque secreta mandatis), secretis *B* fidem] finem *E* penitus] paenitus *T*, punitoram $G^a$, punituram $BG^v$ 4 abnegamus] abnegemus $V^1$ *et margo Y*, negamus *B* dat. uiii (ui *BG*) id. aug. rau. (*om. BC*) asclepiodoto (asclepiodor[?]o *T*) et mariniano (*sic* $N^*$ *et rel.*, mariano $NY^1GE$ *Pith.*) *libri* (*subscr. om. O*) 5 inscriptione *N*, scriptionem *H* (*confirmat Violet*) *PMLS* efficiatur *BG* inscriptionem *NYDGEC*$^a$, scriptione (-nem *L*) *HBPMLS* 6 factam $C^a$ ad iudice *L*, ad iudices *C*, a iudicibus *G* suscipiendus] suspendendus $E^v$ reus *om. N* credendus *L* 7 extimetur *HPML* unumquemque] u. eorum *H* 8 discussione *H* custodire *BG* ut] et $B^a$ natalis *YDBGEC* aut] autem *B*, et *H* hi] *YD*, hii *N*, his *reliqui* 9 in quaestione] inquisitione *E Pith.* uolunt $B^a$ credantur] *NYDECPLS*, creduntur *M*, credatur *HBG* 10 iure et] et iure *G* lege *E* constitum *N* ut] quod *BG* expontanea *BG*, spontane *N* professione . . . . faciat ne *om.* $H^a$ 11 creditur *C* crim. se *B*

## II. DE EXHIBENDIS VEL TRANSMITTENDIS REIS.

*Iust.* 9, 3.

VIIII, 2, 1 (362 Febr. 5).

IMP. IVLIANVS A. SALLVSTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ius senatorum et auctoritatem eius ordinis, in quo nos quoque ipsos ˹esse˺ numeramus, necesse est ab omni iniuria defendere. || Si quis ergo senator socius criminis insimulatus fuerit, ante causae cognitionem omni terrore calumniae, omni suspicionis molestia careat; vacuus sit prorsus et liber, antequam re convicta crimen agnoscat et exuat dignitatem. DAT. NON. FEB. CONSTANTINOP(OLI) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

˹ ˺ *om.* IVST.
|| *fia.* IVST.

---

*V.* — IVST. 12, 1, 8.

---

VIIII, 2, 2 (365 Ian. 22).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. VALENTINO CONSVLARI PICENI. ˹Quisquis fuerit, quem crimen pulsat, quem negotium tangit, conprehensum eum iudex˺ sub custodia constituat at-

IVST.
˹Si miles in provincia repertus crimen publicum commiserit, eum rector provinciae˺

que ita vel causae meritum vel personae qualitatem ad ⌜nos⌝ referat, || vel, si longius fuerimus, ad inlustres viros praefectos praetorio, sive ad magistros militum, si militaris fuerit persona, ne sub specie vel verae vel ementitae dignitatis facinora dilabantur. Dabimus enim formam, quam unusquisque iudex sequetur in eo, qui reus fuerit inventus. Interim ille, qui in suspicionem venerit negotii criminalis, cuiuscumque honoris esse dicatur, conprehensus ex officio non recedat. DAT. XI KAL. FEB. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

> ⌜magistrum militum⌝ | || *fin.*

*V.* — IVST. 9, 3, 1.

3 praefectos. praetorio *V* 8 xi] xii *Iust. (Hal.)*

---

IIII, 2, 3 (380 Dec. 30).

IMPPP. GRA(TIA)NVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullus in carcerem, priusquam convincatur, omnino vinciatur. Ex longinquo si quis est acciendus, non prius insimulanti adcommodetur adsensus quam sollemni lege se vinxerit ⌜et in poenam reciproci stilo trepidante recaverit⌝. Eique qui deducendus erit ad disponendas res suas conponendosque maestos penates spatium coram loci iudice aut etiam magistratibus ⌜dierum XXX⌝ tribuatur, nulla remanente aput eum qui ad exhibendum missus est copia nundinandi. Qui posteaquam ad iudicem venerit, adhibita advocatione ius debebit explorare quaesitum ac tamdiu pari cum accusatore fortuna retineri, donec reppererit cognitio celebrata discrimen. DAT. III KAL. IAN. CONSTANTIN(O)P(OLI) GRA(TIA)NO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

> ⌜et . . . recauerit⌝ *om.* IVST.
>
> ⌜sufficientium dierum, non minus tamen triginta⌝ IVST.

*V (cum Solms.).* — IVST. 9, 3, 2.

1 granus *V* 3 insimulanti] *Iust.*, ac (*sic, non* ad) simulanti *V* 4 peciproci *V*[1] 5/6 reducendus *Iust.* 7 paenates *V* 13 iii | kal. ian.] *V*, u k. iun. *Iust. (L Hal.)* i *ante* aa *addidi*

---

IIII, 2, 4 (390 Febr. 4).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. DREPANIO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Neminem iudicio exhibendum esse praecipimus, nisi de cuius exhibitione iudex pronuntiaverit. DAT. PRID. NON. FEB. MED(IOLANO) VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

*V.* — IVST. 9, 3, 3.

3 neotherio *V*

---

III, 2, 5 (409 Ian. 21).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. CAECILIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Defensores civitatum, ⌜curatores, magistratus et ordines⌝ oblatos sibi reos ⌜in carcerem non mittant, sed⌝ in ipso latrocinio vel congressu violentiae aut perpetrato homicidio, stupro vel raptu vel adulterio deprehensos et actis ⌜municipalibus⌝ sibi traditos expresso crimine ⌜prosecutionibus arguentium⌝ cum his, a quibus fuerint accusati, mox sub idonea prosecutione ad iudicium dirigant. ET CETERA. DAT. XII KAL. FEB. RAV(ENNAE) HONORIO VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

> IVST.
> ⌜ ⌝ *om.*
> ⌜in . . sed⌝ *om.*
> ⌜publicis⌝
> ⌜pros. arg.⌝ *om.*

*V.* — IVST. 1, 55, 7.

1 arc. et hon. *Iust.* 2 ciuitatum] c...tatum *V*a 8/9 dat. prid. k. ian. mediolani stilichone ii | et anthemio conss. *Iust. (Hal.)*

VIIII, 2, 6 (409 Ian. 21).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. CAECILIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quos praecepto iudicum praemisso inscribtionis vinculo reos factos adminiculum curiae propriae dirigere iussum fuerit, municipalibus actis interrogentur, an velint iuxta praeceptum triumphalis patris nostri XXX diebus sibi concessis sub moderata et diligenti custodia propter ordinationem domus propriae parandosque sibi sumptus in civitate residere. Quod si fieri voluerint, hoc genus beneficii cupientibus non negetur: si vero dirigi velint, mox reos cum suis accusatoribus mittant nec ad arbitrium adversariorum in civitatibus retineri patiantur. ET CETERA. DAT. XII KAL. FEB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

*V*

2 proprie *V*   6 hoc] ho. $V^{a}$   8 iii *om.* *V*

## III [= BREV. II]. DE CVSTODIA REORVM.

*Iust.* 9, 4.

VIIII, 3, 1 (320 Iun. 30).

IMP. CONSTANTINVS A. AD FLORENTIVM RATIONALEM. In quacumque causa reo exhibito, sive accusator exsistat sive eum publicae sollicitudinis cura perduxerit, statim debet quaestio fieri, ut noxius puniatur, innocens absolvatur. Quod si accusator aberit ad tempus aut sociorum praesentia necessaria videatur, id quidem debet quam celerrime procurari. Interea vero exhibito non ferreas manicas et inhaerentes ossibus mitti oportet, sed prolixiores catenas, ⌈ ut et cruciatio desit et permaneat fida custodia. Nec vero sedis intimae tenebras pati debebit inclusus, sed usurpata luce vegetari et, ubi nox geminaverit custodiam, vestibulis carcerum et salubribus locis recipi ac revertente iterum die ad primum solis ortum ilico ad publicum lumen educi, ne poenis carceris perimatur, quod innocentibus miserum, noxiis
1 non satis severum esse ⌜cognoscitur⌝. Illud etiam observabitur, ut neque his qui stratorum funguntur officio neque ministris eorum liceat crudelitatem suam accusatoribus vendere et innocentes intra carcerum saepta leto dare aut subtractos audientiae longa tabe consumere. Non enim existimationis tantum, sed etiam periculi metus iudici imminebit, si aliquem ultra debitum tempus inedia aut quocumque modo aliquis stratorum exhauserit et non statim eum penes quem officium custodiae est adque eius ministros capitali poena subiecerit. DAT. PRID. CAL. IVL. SERDICAE CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO CAES. CONSS.

IVST.

⌈ si criminis qualitas etiam catenarum acerbitatem postulaverit

⌜dignoscitur⌝

*V.* — IVST. 9, 4, 1.

2 publice *V*   perduxerit] *V*, produxerit *Iust.*   4 celerrime] *V Iust. ($N^{b}$)*, celeberrime *Iust. (rel.)*   5 uero] *Iust.*, uiro *V*   10 euegetari $V^{1}$   18 septa *V*   19 iudici] *Iust. (reliqui)*, iudicii *V Iust. (C)*   21 paenes *V*   officium] *Iust.*, officii *V*   poena] *V Iust. (C)*, poenae *Iust. (rel.)*   22 dat. prid. kal. (cal. *V*) iul. serd. constantino (constantio *Iust. [Hal.]*) a. ui et constantino (constantio *V*, constante *Iust. [Hal.]*) caes. *libri*

VIIII, 3, 2 (326 Febr. 3).

IDEM A. AD EVAGRIVM. Si quis in ea culpa vel crimine fuerit deprehensus, quod dignum claustris carceris et custodiae squalore videtur, auditus aput acta, cum de admisso

1 euagrium] *fortasse* ppo   2 claustris] $V^{2s}$, clautris $V^{1}$

constiterit, poenam carceris sustineat atque ita postmodum eductus aput acta audiatur. Ita enim quasi sub publico testimonio commemoratio admissi criminis fiet, ut iudicibus inmodice saevientibus freni quidam ac temperies adhibita videatur. DAT. III NON. FEB. HERACLEAE CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

*V.* — IVST. 9, 4, 2.

3 inmodicae *V*[1] quidam] *V Iust. (CM*[a]*)*, quidem *Iust. (rel.)* ac temperies] *Iust. (CR*[a]*M*[b]*)*, adtemperies *V*, attempcries *Iust.(N)* 3/4 dat. iii non. feb. constantino] dat. non. febr. coustantio *Iust. (Hal.)* constantio c.] constanto *Iust. (Hal.)*

I, 3, 3 [= BREV. VIIII, 2, 1] (340 Apr. 5).

IMP. CONSTANTIVS A. ACINDYNO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quoniam unum carceris conclave permixtos secum criminosos includit, hac lege sancimus, ut, etiamsi poenae qualitas permixtione iungenda est, sexum tamen disparem diversa claustrorum habere tutamina iubeatur. DAT. NON. APRIL. ACINDYNO ET PROCVLO CONSS.

INTERPRETATIO. Viri ac mulieres, etiamsi criminis aequalitate iungantur, non tamen in unius carceris custodia teneantur.

*V (cum Solms.).* — BREV. *(HNBGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 4, 3.

1 constantinus *NBOELS* acindyno] *scripsi*, acy(*vel* i)ndino *VPM*, aindinio *L*, acendinum *N*, acendino *GE*, acinnio *B*, cindino *H*, florentio *O* *(ex 9, 3, 2)*, decentio p u *et* cynegio *et* arcadio *Pith.*, *om. in sp. vac. C* ppm *N*, rationali *O* *(ex 9, 3, 2)* quoniam] quod *L*, qui non *S* unus *N*, uno *B*[a]*G*, non in uno *B*[b] carceri *S* 1/2 cum claues *N* 2 permixtus *G*[a], commixtus *C* secum] *V brev.* (sed cum *BG*) *Iust.*, *fortasse scr.* sexuum criminosus *NBG*, criminonosus *H*[a], criminosūs *(sic) E* includitur *G*, inclusit *N* hac] hec *L* poenae (paene *PM*) qualitas] *VHNEPMLS Iust.* *(deficiunt Graeci)*, poenae (poena *C*) aequalitas *BGOC (cf. interpr.) recte fortasse* 3 permissione *N* iungenda] iniungenda *Iust.* sexum t. disparem (-rim *E*)] sexu t. dispari *PMLS* haberet (-rit *N*) tutamina *NG*, haberent utamina *L*, babere ut agmina *S*, habere ut tam in ea *B*[a], habere custodia *B*[b] 4 iubeatur] uideantur *O* dat. non. (k. *G*, ix k. *O Pith.*) apr. acyndino (acendino *NG*, accendino *OE*) et proc. *libri* 5 ac] et *B* criminis] sacri criminis sua *G*, criminosa *E* aequalitate] qualitate *H* iunguntur *PM* in *om. H* 6 teneatur *M*[a]

I, 3, 4 (365 Sept. 8).

IMPP. VALE(NTINI)ANVS ET VALENS AA. AD VALERIANVM VIC(ARIVM) HISPANIARVM. POST ALIA: Nullus ante carceris custodiae mancipetur, quam ab eo, qui in accusationem eius erupit, in codice publico sollemnia inscribtionis impleta sint. PRAELATA LITTERIS V. C. VICARII VI ID. SEP. VERONAE VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V (cum Solms.).*

4 *propter annum vide ad 1, 16, 10*

I, 3, 5 [= BREV. VIIII, 2, 2] (371 Iun. 29).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ad commentariensem receptarum personarum custodia observatioque pertineat, nec putet hominem abiectum atque vilem obiciendum esse iudiciis, si reus ⸢condicione aliqua⸣ fuerit elabsus. Nam ipsum volumus ⸢eius⸣ poena consumi, cui obnoxius docebitur fuisse qui fugerit. Si vero commentariensis necessitate aliqua procul ab officio

IVST.
⸢modo aliquo⸣
⸢eiusmodi⸣

1 et *om. O* aaa *om. NO* ad probo *B* ppo] *VHNB*, pfu *G*, pu *PMLS et ex 2 Pith.*, p *C* 2 ad *om. HB* commentarienses *O* recepta *B* observatioque] obseruationeque *P*[a]*MLS*, obseruationemquae *BG*[a]*(?)* pertinet *C* 2/3 nec putet (potest *N*) h. a. atque *(om. C)* uilem [uilemque *C*) obiciendum] sciantque se obiciendos *O* 3 iudici *BG*[b] *Iust.* 4 rebus *BG* ipsum] ipso *N*, in ipsum *B*[a] 5 p(o)en(a)e *CP MLS* consumat *O* docebitur (decipitur *S*) fuisse] f. d. *G* 6 commentarienses *BG*

egerit, adiutorem eius pari iubemus invigilare cura et eadem statuimus legis severitate constringi. DAT. III KAL. IVL. CONTIONACI GRATIANO A. II ET PROBO CONSS.

INTERPRETATIO. Si de carcere reus fugerit, ab eo cui est traditus requiratur: qui si eum non potuerit praesentare, noverit neglegens custos illius se aut damnum aut poenam qui fugerit subiturum.

*V.* — BREV. *(HNBGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 4, 4.

1 eius *om. O* iuuemus *V* curam *B* eandem *S* statuemus *NL* 2 dat. iii (iiii *G*, *om. O*) k. iul. (iun. *N*, maii *Pith.*) contionaci (*sic* $VP^{b}M$, contionaco $P^{a}$, concionati *C*, contionati *N*, cotionaci *O*, continuaci *H*, contianaci *E*, coniinaci *Pith.*, poncionaci *G*, contiono *S*, constantio *B*, constant *ex 2 Pith.*) grat. a. (augg. *B*, *om. HE*) ii (*sic C*, u *V*, *om. reliqui*) et probo (probino *N*) *libri* 3 carceribus *G* fugierit *G* qui] quia *E* 4 nouerit] n. se *E* se *om. H* aut *om.* $HB^{a}$ fuerit *PM*

VIIII, 3, 6 (380 Dec. 30).

IMPPP. GRATIANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. De his quos tenet carcer id aperta definitione sancimus, ut aut convictum velox poena subducat aut liberandum custodia diuturna non maceret. || Temperari autem ab innoxiis austera praeceptione sancimus et praedandi omnem segetem de neglegentia iudicum provinciarum ministris feralibus amputamus. Nam nisi || ⌈ intra tricensimum diem semper commentariensis ingesserit numerum personarum, varietatem delictorum, clausorum ordinem aetatemque vinctorum, officium viginti auri libras aerario nostro iubemus inferre, iudicem desidem ac resupina cervice tantum titulum gerentem extorrem impetrata fortuna decem auri libris multandum esse censemus. DAT. III KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) GRATIANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

IVST.
|| *finit*
|| *redit* | ⌈ iubemus autem ut

*V.* — IVST. 9, 4, 5.

2 carcer] c. inclusos *Iust. (Lat.)* 9 libras auri *Iust.* 10/11 libras auri *Iust.* 11 iii] iiii *Iust. (Hal. L)*

VIIII, 3, 7 [= BREV. VIIII, 2, 3] (409 Ian. 25).

1 ualentinianus *om. O* p̄u] *VT*, pp̄o *HG*ᵃ*L*, pfp *C*, p̄o *PM*, pp *ex 2 Pith.*, pp̄m *NE*, pp̄u *G*ᵇ 2 seruus *NE*ᵃ*CPML*, serui *G*ᵗ*E*ᵇ, rei *G*ᵛ fecisse se *C* test. aut propriis (probriis *M*ᵃ)] pr. a. t. *G* id] *T brev.* (ad *N*, *om. O*) *Iust.*, *om. V* 3 commiserit *HN* posttremo *V* deditus *HNE*ᵃ*P*ᵃ*ML* luere] soluere *Pith. (cum Par. 4403 A)* censuimus *GE*ᵇ*C*, censuemus *N* illi] *V brev. Iust.*, hii *T* 4 atque] aut *O* exuratione *N*, exoratione *E*ᵃ*M*, ex ordinatione *G* amiserint *GS* est] et *S* 5 domino *N* 5 pronuntiandum] *VT brev. (praeter O)*, pronuntiatum *O Iust.* loci] in loci *PML* aut] ut *T* 5/6 orignis *L* 6 propria *G* dignate *H*ᵃ, dignitatem *NPMLS* uti] ut si *N* seruus *N* furori *O* 6/7 paruissi *N* 7 per sententiam] praesentiam *E*ᵛ, deportandos *O* dedi uiles] dedi uilis *L*, dedi biles *CS*ᵃ, dedebiles *N*, dediti uiles *G*, debilis *HE*ᵃ, debiles *OE*ᵇ infamisquae *HN* 8 hii *HNEC* qui bis aut] quibus aut *HNEC*, qui *GO* conuincetur *HC*, conuincitur *E*, conuicitur *L*ᵇ, conuincur *L*ᵃ, conuincuntur *GPMS* 9 constitutione diualium *PMLS*, constituiinsi diiualium *N* teneatur *HN* indices *H(?)* oportet] o. et *G* 10 infumi *N* notandos *E* se reprobatum *N* 11 amiserit *C* impunitate] in unitate *PL*, inmunitate *M*, inponitae *N* donauerit] dampnauerit *G*ᵗ molliori *O*, molliorem *GC Iust.*, meliorem *E* quam *om. L* 11/12 praestituemus *N* 12 poenam *GC Iust.*, pona *L* perculerit] *brev. (praeter EC)*, pertulerit *VE*, protulerit *C Iust.*, .....lerit *T* 12/13 dat. prid. (*rel. et Iust.[L]*, iiii *PM*, ui *Iust. [Hal.]*, *om. T*) non. mart. med. ual. a. *(post* iiii *E*, *om. V*ᵃ*TGO)* iiii (iii *G*, *om. T*) et neoterio *(sic OCS*, neotherio *VT*, neuterio *HNPM*, eotherio *E*, netherio *G)* ūc (uu cc *T*, *om. reliqui*) *libri* 14 si *om. N* domini *N* confessi] uel c. *PMLS* uiolentiae manumississe *N* 15 addici *N*, addictis *C* grauioribus *HG* puniantur *HGE* uiolentiae] uiolentiam et *PMLS* 16 praecipiunt *PMLS*, precepuerunt *H* infamiae *GE* uel lionoris *N* dignitate *E* 17 talium *H* metallo *G* 17/18 detrudantur *H*, detraduntur *G* 18 deferre *NEC* uel don. uel dim. *G* 19 si] se *G*, sibi *N*, re *C*ᵇ uiolentiam] u. protulisse *G* periculo *NS* subiturus *N* uilis *HN* 20 quae] et quae *E* bis *om. G* admisisse (ammissae *G*ᵃ) uiol.] u. a. *C* constitutae *ECPMLS*, constitutionem *N*, constitutam *H* legis *PMLS* 21 poenam *HC* supra (super *C*) scriptae *CPML*, supra scriptae legis *(sic) E*, supra scriptam *H*, statuta *S* omnis modis *H*, omnibus modis *C*

## XI [= BREV. VIII]. DE PRIVATI CARCERIS CVSTODIA.

priuatis *VG*, priuata *N*. — *Iust.* 9, 5 de privatis carceribus inhibendis

II, 11, 1 [= BREV. VIIII, 8, 1] (388 Apr. 30).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. ERYTHRIO PRAEF(ECTO) AVGVSTALI. Si quis postbac reum privato carceri destinarit, reus maiestatis habeatur. DAT. PRID. KAL. MAI. THESSAL(ONICAE) THEOD(OSIO) A. II ET CYNEGIO V. C. CONSS.

Ista lex interpretatione non indiget.

---

*V (cum Solms.) T.* — BREV. *(HNGOECPMLS).*

1 ualent] constantinus *N* et arc̄ *om. L* erytrio *VT*, acrotrio *HN*, histerio *G*, hetreo *E*, etmeterio *C*, emeterio *PMS*, eutropio *O*, cynidio *L*, cliterio *Pith.* praef. augustali] p̄ū augustali *N*, p̄p̄o ā *E*, p̄f̄u autal *C*, p̄ū *PM*, publio *S*, p̄f̄u l $G^{a}$, p̄f̄o l $G^{b}$, po *Pith.*, preposito augustali *O*, uc conss. *L* 2 posthaec *HN* reum] re *N* priuatum *GS* carcere *G et ex 4 Pith.* destinarit] distinaret *N*, d *(sic)* $H^{a}$, destinauerit *GE* mai. reus *O* 2/3 dat. prid. k. mai. (mar. *G*) thess. theod. a. *(hic finit T)* ii (u *V*) et cynegio (cynedio *PMS*) uc (uucc *PM*, uiro claro *S*, i *N*, *om. GOC*) *libri* 4 ista lex *(om. H)* interpretatione (-nem *PM*) non indiget (eget *CM*, egit *N*) *HNGCP (char. div.) MS*, *om. EL*

## XII [= BREV. VIIII]. DE EMENDATIONE SERVORVM.

*Iust.* 9, 14

I, 12, 1 (319 Mai. 11).

IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM. Si virgis aut loris servum dominus adflixerit aut custodiae causa in vincla coniecerit, dierum distinctione sive interpretatione depulsa nullum criminis metum mortuo servo sustineat. Nec vero inmoderate suo iure utatur, sed tunc reus homicidii sit, si voluntate eum ⸢vel⸣ ictu fustis aut lapidis occiderit vel certe telo usus letale vulnus inflixerit aut suspendi laqueo praeceperit vel iussione taetra praecipitandum esse mandaverit aut veneni virus infuderit vel dilaniaverit poenis publicis corpus, ferarum ⸢vestigiis⸣ latera persecando vel exurendo ⸢admotis⸣ ignibus membra aut tabescentes artus atro sanguine permixta sanie defluentes prope in ipsis adegerit cruciatibus vitam ⸢linquere⸣ saevitia immanium barbarorum. DAT. V ID. MAI. ROM(AE) CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

IVST.
⸢ ⸣ *om.*
⸢unguibus⸣
⸢oblatis⸣
⸢relinquere⸣

---

*V (cum Solms.) T.* — IVST. 9, 14, 1.

1 Bassum] *praefectum urbi* 2 uincla *VT* interpraetatione *VT* 6 tetra *T* 10 saeuitiam *T* 10/11 uarbarorum *V (em. m. rec.)* 11 dat. u id. mai. *(sic V Iust. [L]*, m ••• *T*, mart. *Iust. [Hal.])* rom. const. a. u (uii *Iust. [L]*, *om. Iust. [Hal.]*) et lic. c *(sic T, om. V Iust.)* *libri: diem confirmat laterculus praefectorum*

---

I, 12, 2 [= BREV. VIIII, 9, 1] (326 Apr. 18).

IDEM A. MAXIMILIANO MACROBIO. Quotiens verbera dominorum talis casus servorum comitabitur, ut moriantur, culpa nudi sunt, qui, dum pessima corrigunt, meliora suis adqui-

---

1 idem] imp. constantinus *brev.* maximiliano] *VTN*, maxiliano *O*, maximiano *PMLS Pith. (ex 2)*, ad max. aemilianum *C*, ad maximum (et *add. G*) *HGE* macrobio] $VG^{a}O$, macrobium $HG^{b}$, macropio *N*, macrouio *T*, marcrobrio *E*, magroirio *Pith. (ex 2)*, nirotio *PML*, nirutio *S*, *om. in sp. vac. C: mag. incertus* dominiorum *N* tales *NS*, tali $P^{a}$, si talis $E^{v}$, uel $E^{t}$ casus] causa *H* 2 ut *om.* $G^{a}$ moriatur *V*, morientur *S* culpa nudi] culpaldi *E* corriguntur *G*, corrigantur *E*

rere vernulis voluerunt. Nec requiri in huiusmodi facto volumus, in quo interest domini incolume iuris proprii habere mancipium, utrum voluntate occidendi hominis an vero simpliciter facta castigatio videatur. Totiens etenim dominum non placet morte servi reum homicidii pronuntiari, quotiens simplicibus quaestionibus domesticam exerceat potestatem. Si quando igitur servi plagarum correctione imminente fatali necessitate rebus humanis excedunt, nullam metuant domini quaestionem. DAT. XIIII KAL. MAI. SIRMIO CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

INTERPRETATIO. Si servus, dum culpam dominus vindicat, mortuus fuerit, dominus culpa homicidii non tenetur, quia tunc homicidii reus est, si occidere voluisse convincitur. Nam emendatio non vocatur ad crimen.

---

*VT.* — BREV. (*HNGO[om. int.]ECPMLS (om. int.)*.

1 uernullis $V^1$ noluerint $G^a$ nec] *TVmarg. (in scholiis manu 2:* alibi nec*) NGOE$^t$CPM LS*, nam $V^tE^v$, nam et *H* requiri] $V^2T$ *brev.*, requirere $V^1$ facta *O* domini *om. S* 2 incolumi (-lomi *S*) *HPMLS*, incolomis *G* uolum(*vel* n)tatem *HN* homines $NG^aE$, hominem *H* 3 castigatione *O* totiens] quotiens $H^b$, quoti $H^a$ etenim] enim *HNO* morte (-ti *L*) *om. O* 4 pronuntiare *N* quastionibus *M*, questiobus $H^a$ exercet *O*, exercitata *N* 5 si *om. H* placarum *S* correptione *OEPMLS* imminente *T*, inminenti *H*, inminentes $G^b$, inmente *N*, inminentem *E* fa..tali *V* 6 excluduntur *G* nulla *N* 7 metuunt *L* quaestione *N* 7/8 dat. xiiii (*sic VTO*, iii *H*, *om. reliqui*) k. mai. (mart. *H NGEC Pith.*) sirmio (serm. *PM*, fir̄ *C*, *om. V TO*) constantino (et constantino *H*, -tio *CPMS*) a. (*om. C; reliqua om. HG*) uii (u *NECPMS*, *hic finiunt NCPMS*) et constantio (*sic TE*, constantino *H*, constante *VO*) c̄ (*om. E*) *libri* 8 culpan (-pa *E*) dom.] dom. culp. *G* mortus *H* culpam *NPML* 10 prouocatur *C*

## XIII [= BREV. X]. DE EMENDATIONE PROPINQVORVM.

*Iust.* 9, 15

VIIII, 13, 1 [= BREV. VIIII, 10, 1] (365? 368? 370? 373? Nov. 30).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD SENATVM. In corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis tribuimus potestatem, ut, quos ad vitae decora domesticae laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina conpellat. Neque nos in puniendis morum vitiis potestatem in inmensum extendi volumus, sed iure patrio auctoritas corrigat propinqui iuvenis erratum et privata animadversione conpescat. Quod si atrocitas facti ius domesticae emendationis excedit, placet enormis delicti reos dedi iudicum notioni. DAT. PRID. KAL. DECEMB. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Propinquis senioribus lege permittitur errorem vel culpas adulescentium propinquorum patria districtione corrigere, id est ut, si verbis vel verecundia emendari non possunt, privata districtione verberibus corrigantur. Quod si gravior culpa fuerit adulescentis, quae privatim emendari non possit, in notitiam iudicis deferatur.

---

*V (cum Solms.) T.* — BREV. (*HNGO[om. int.]ECPMLS*). — IVST. 9, 15, 1.

1 aā *om. OL* senatu *E* minoribus] moribus $E^t$ 2 delictis *E* propinquis *om.* $G^a$ tribuomus *N* ad] a $L^a$ decorem *OC*, decus *G*, decorationis $E^b$ 3 domesticae] ad d. *G* laudes *N* saltim *TGPMLS* correctionis *om.* $H^a$ medicina] digna.. $G^t$ compellet *C*, compellant (*ex* -lint) $G^t$, composcat $G^v$ 4 in *om. E* inmenso *H* patri *E* 5 auctoritas] ut a. *PMLS* corrigat] porrigatur ut *O* iouenis $V^1$ *(cum Solms.)*, iuuenes *GPML* erratum] *VEC Iust.*, errata *O*, et ratam *N* $G^a$(?), et iratum *H*, et rata $G^bPMLS$, *def. T* et] ex *H*, *om. OL* priuatam *E*, priuita *P* animaduertione *M*, animaduersio *O* 6 atrocitas] auctoritas *H* excedet *PML*, excedat *O*, excludit *H* placit *N* innormis *E* reus *PML* 6/7 dedi (de $E^a$, reddi *G*) iudicum (-cium *NGECPMLS*) notioni (-ne $CL^a$)] iudicibus exhibere *O* 7 dat. prid. k. dec. ual. et ual. aa (*om. VHOE*) *libri* 8 senioribus] uel s. *G* errores *G*, terrorem *S* uel culpam (-pas *H*) .... 9 patria *om.* $M^a$ 9 destrictione *CPM* id est] idcirco *PMLS*, *om. C* uerecundiam *N*, uerecundiae *E* emendare *EP MLS* 10 possint *edd.* destrictione *CPM*, discussione *G* uerb.] uel uerb. $E^b$ corrigatur *N* adolescentibus *N* 11 quam *G* emendare *S* in] ad *G* notitia *N*

# XIIII [= BREV. XI]. AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS.

ad l. corneliam (iuliam $G^{b}$, ad l. c. *om.* $G^{a}$) de sic.] de parricidio *O.* — *Iust* 9, 16

IIII, 14, 1 [= BREV. VIIII, 11, 1] (374 Febr. 7).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O.

Si quis necandi infantis piaculum adgressus adgressave sit, ⌜erit capitale istud malum⌝. P(RO)P(OSITA) VII ID. FEB. ROM(AE) GRATIANO A. III ET EQVITIO V. C. CONSS.

⌜sciat se capitali supplicio esse puniendum⌝ IVST.

INTERPRETATIO. Sive vir sive mulier infantem necaverit, rei homicidii teneantur.

*V (cum Solms.) T.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 16, 7.

1 ualens] et u. *L* et *(om. O)* grat.] et theod *N* ppo] pfu *GC*, ppm *NE* 2 si quis] quisquis *Pith. (cum Par. 4403 A)* negandi *NGS* infantis (-tes *NEPML*)] infantis instanter *G* adgressus *om. N* 3 sit] fuerit *G*, erit *Pith.* erit (sit *G*, fiat *Pith.*) c. istud (istum *N*) malum] capitale supplicium sustinebit *H* 3/4 prop. (data *N*, data pro populo *adscr. G*) uii (uiii *T GE*, prd *H*) id. feb. rom. *(om. N)* grat. a. *(om. S)* iii (iiii *GOE*) et equitio (aequitio *T*, equisio *G*, aetio *PMS*) uc *(sic O solus) libri* 6 negauerit *NGS* re $P^{a}$, reum *N* teneatur *NE*

IIII, 14, 2 [= BREV. VIIII, 11, 2] (391 Iul. 1).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD PROVINCIALES. Liberam resistendi cunctis tribuimus facultatem, ut quicumque militum vel privatorum ad agros nocturnus populator intraverit aut itinera frequentata insidiis adgressionis obsederit, permissa cuicumque licentia dignus ilico supplicio subiugetur ac mortem quam minabatur excipiat et id quod intendebat incurrat. Melius est enim occurrere in tempore, quam post exitum vindicari. Vestram igitur vobis permittimus ultionem et, quod serum est punire iudicio, subiugamus edicto: nullus parcat militi, cui obviari telo oporteat ut latroni. DAT. KAL. IVL. TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

INTERPRETATIO. Quotiens ad faciendam rapinam aliquis aut iter agentem aut domum cuiuslibet nocturnus spoliator adgreditur, huiusmodi personis, quae vim sustinent, damus etiam cum armis licentiam resistendi, et si pro temeritate sua occisus fuerit ille qui venerit, mors latronis ipsius a nemine requiratur.

*VT.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS Berol. Lat. fol. 270 f. 14 inde a* 4 supplicio*).* — IVST. 3, 27, 1. — Cf. LEX VISIGOTH. 6, 4, 2.

1 impp. ualent theod (ualens *H*) et arcad (ualentinian *N*, gratianus *G*)] idem aug. *O* liberum *H* 1/2 resistendis *N*, resistenti *P* 2 tribuemus *N* 2/3 nocturnos *E* 3 populatur $E^{a}M^{a}$, cupulatur *N* intrauerit a. it. fr. insidiis] intra *N* adgressionis (-ne *G*)] seu adgr. *E*, *om. O* adsederit *GC* 4 cuicumque] unicuique *O*, ubicumque *G* dignos $N^{b}$, digno *O* subiugitur *N*, subdatur *O* ac] hanc *N*, ut *P MLS* 4/5 accipiat *O* 5 est enim] *VHGO ES*, enim est *TNCPML Ber. Iust.* incurrere *G* in *om. N* post *om. H* 6 exitium *HO* uindicare *GE Iust.* permittemus *N* et] ut *G* quod] $V^{1}$ *brev. Iust.*, quos $V^{2}$ serum] seruum *N*, uerum *PMLS* punire] puniri *GE*, poni *H* 7 iuditii *C*, iudicis *G*, iudiciis *Ber.* subiungamus *G*, subiugemus *O* edicto] ethictu *H*, edictum *E* nullus] n. ergo *O* parceat *C*, parat *L* obuiari (-re *H Iust.*) telo] obuiare titulo *N*, obuiare ab eo $G^{t}$, obuiaret cum mori *Ber.* oportet *O* latro *H* 7/8 dat. (uii *ins. Pith. cum Paris. 4419 aliisque epitomatis*) k. iul. (iun. *Iust. [PL]*) tatiano (tasiano *E*, datiano *NPMS Ber. Pith. [ex 2]*, ticiano *GO*) et symm. *libri* 9 quociciens *Ber.* aut iter] iter *N* 10 expoliator *GE Ber.* quae (qui $NGE^{b}C$) . . . 11 armis *om.* $E^{a}$ 11 cum] dum *Ber.* [1] licentia *L* pro] prae *N* fuerit] fuer $H^{a}$

VIIII, 14, 3 (397 Sept. 4).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quisquis cum
militibus vel privatis, barbaris etiam scelestam inierit factionem aut factionis ipsius sus-
ceperit sacramenta vel dederit, de nece etiam virorum inlustrium, qui consiliis et con-
sistorio nostro intersunt, senatorum etiam, nam et ipsi pars corporis nostri sunt, cuius-
libet postremo qui nobis militat cogitarit, eadem enim severitate voluntatem sceleris qua
effectum puniri iura voluerunt: ipse quidem utpote maiestatis reus gladio feriatur bonis
eius omnibus fisco nostro addictis, filii vero eius, quibus vitam imperatoria specialiter
lenitate concedimus, paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est
hereditarii criminis exempla metuantur, a materna vel avita, omnium etiam proximorum
hereditate ac successione habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint
perpetuo egentes et pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos umquam
honores, nulla prorsus sacramenta perveniant, sint postremo tales, ut is perpetua egestate
1 sordentibus sit et mors solacio et vita supplicio. Denique iubemus etiam eos notabiles
2 esse sine venia, qui pro talibus umquam aput nos intervenire temptaverint. Ad filias
sane eorum, quolibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, sive testata sive
intestata defecerit, volumus pervenire, ut habeant ⌜ingrate⌝ potius
filiae alimoniam quam ⌜integre⌝ emolumentum ac nomen heredis.

⌜mediocrem⌝ IVST.
⌜integrum⌝ IVST.

Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate
3 sexus minus ausuras esse confidimus. Emancipatio, quae a praedictis sive in filios
4 post legem dumtaxat latam sive in filias fuerit conlata, non valeat. Dotes donationes,
quarumlibet postremo rerum alienationes, quas ex eo tempore qualibet fraude vel iure
factas esse constiterit, quo primum memorati de ineunda factione ac societate cogitave-
5 rint, nullius statuimus esse momenti. Uxores sane praedictorum recuperatas dotes, si
in ea condicione fuerint, ut, quae a viris titulo donationis acceperint, filiis debeant reser-
vare, tempore quo usufructus absumitur omnia ea fisco nostro se relicturas esse cognos-
cant, quae iuxta legem filiis debebantur: Falcidia etiam ex his rebus filiabus tantum,
6 non etiam filiis deputata. Id, quod de praedictis eorumque filiis cavimus, etiam de
7 satellitibus consciis ac ministris filiisque eorum simili severitate censemus. Sane si
quis ex his in exordio initae factionis studio verae laudis accensus ipse prodiderit factio-
nem, et praemio a nobis et honore donabitur. Is vero, qui usus fuerit factione, si vel
sero, tamen incognita adhuc consiliorum arcana patefecerit, absolutione tantum ac venia
dignus habebitur. DAT. PRID. NON. SEPTEMB. ANCYRAE CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*VT [finit* 2 militibus uel*]*. — IVST. 9, 8, 5.

3 de *om.* $V^1$ 5 cogitarit *collocari debuit ante* 3 uirorum uoluntate *V* 8 debent $V^1$ *Iust. (DCM)* 9 metuentur *Iust.* 12 his *V Iust.* aegestate *V* 16 ingratae *V* 17 integre emolumentum] $V^2$, integre molumentum $V^1$ 24 acceperunt *Iust.* 27 eorumque] *Iust.*, eorum *V* 30 a] *Iust.*, *om. V* 32 dat. $V^1$, data $V^2$

## XV [= BREV. XIII]. DE PARRICIDIS.

de parricidiis *V*, de parricidio *brev.* (parrucidio *N*, sicariis *O*) — *Iust.* 9, 17: de his qui parentes vel liberos occiderunt.

VIIII, 15, 1 [= BREV. VIIII, 12, 1] (318 Nov. 16).

IMP. CONSTANTINVS A. AD VERINVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Si quis in parentis aut filii aut omnino affectionis eius, quae nuncupatione parricidii continetur, fata properaverit,

1 ā *om. O* uirinum *N Ber*, uerrinum *O* uic] ūc *E Ber.*, ūo $G^1$, uiro claro *S* africae *om. N* parentis] *VO Ber* [2], parentes *brev. (praeter O)* filii] *VOC*, fili *N*, filiis *HPMLS Ber.(?)*, filios *G*, filia *E* 2 aut *om.* $G^a$ omnino] omni *PMLS Ber.* [1] affectionis eius] affectioni istius *PMLS* nunc cupatine *L* continentur *E Ber.* [1] facta *NGE*$^b$*S*

sive clam sive palam id fuerit enisus, ⌈ neque gladio neque ignibus neque ulla alia sollemni poena subiugetur, sed insutus culleo et inter eius ferales angustias conprehensus serpentum contuberniis misceatur et, ut regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare vel in amnem proiciatur, ut omni elementorum usu vivus carere incipiat, ut ei caelum superstiti, terra mortuo auferatur. DAT. XVI KAL. DECEMB. LICINIO V ET CRISPO CAES. CONSS; ACC. PRID. ID. MART. KARTHAGINE CONSTANTINO A. V. ET LICINIO C. CONSS.

| ⌈ poena parricidii punietur IVST.

INTERPRETATIO. Si quis patrem matrem, fratrem sororem, filium vel filiam aut alios propinquos occiderit, remoto omnium aliorum genere tormentorum, facto de coriis sacco, qui culleus nominatur, in quo cum missus fuerit, cum ipso etiam serpentes claudantur: et si mare vicinum non fuerit, in quolibet gurgite proiciatur, ut tali poena damnatus nullo tempore obtineat sepulturam.

---

*V (exsecta ex Solms.).* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS Berol. [cf.* 9, 14, 2*]).* — IVST. 9, 17, 1.

1 id] ad *HE* enisus] inisus *HN*, inuisus *PMLS* gladium *ES* ullam aliam *N* 2 poena] poenam *E*, pompa *O* subiungetur *N*, subiungitur *Ber.* [1], subiungentur *E* sed] uel *Ber.*, *om. EC* insuatur *Ber.* culleo] *V et rel.*, colleo *HN* 3 feralis angustia *E* conpraehensus *V*, comprehensum *G* serpentium *O Iust.*, serpentem *NG* et ut] ut se *G* religionis *GEC*[a] 4 tul. uel] tuleritue *N* in amnem] amnem *V*[1] proiciantur *S* omni (omnia *NC Ber.*) elementorum (clement. *N*) usu (usui *S*)] usu.. elementorum ... *G* 5 ei] e *N* suprestiti *HS Ber.* [1], superstite *GE* offeratur *Ber.* [1] 5/7 dat. xui (xuii *Iust. [Hal.]*, xu *NG Ber.*, xi *V*) k. dec. (sept. *O*) [lic. u et cr. c. conss.] ([ ] *V solus, hic finiens*) acc. prid. (iii *PMS*, *om. O*) id. mart. (mai. *Ber.*) karth. *(om. G)* const. a. u *(om. GE)* et licinio c̄ (lic. c̄ *G*, c. lic. *C*, liiixano *Ber.*, lic. *reliqui*) *libri* 8 uel filiam] filiam *edd.* aut] uel *ECPMLS Ber.* aliquos *G* 9 occidit *PML* remotu. *G*[a], remotis *G*[b] aliorum] malorum *G* generi *G*[a], generibus *G*[b], generum *S* culleus *GCPMS*, culluus *L*, colleus *H*, coleus *N* 10 nominatur] appellatur *PMLS* quo cum missus] quo commissus *ES*, quoquo missus *N* 11 gargite *H* 11/12 sepultura *EL*

# XVI [= BREV. XIIII]. DE MALEFICIS ET MATHEMATICIS ET CETERIS SIMILIBVS.

maleficiis *NGE*, malefici *ML* et *(om. HCPMLS)* math. (matamaticis *N*) et ceteris *(sic brev. Iust.*, his *V)* sim. *om. O.* — *Iust.* 9, 18.

[II, 16, 1 (319 Febr. 1 [Sept. . . . .]).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM. Nullus haruspex ⌈ limen alterius accedat nec ob alteram causam, sed huiusmodi hominum quamvis vetus amicitia repellatur, concremando illo haruspice, qui ad domum alienam accesserit et illo, qui eum suasionibus vel praemiis evocaverit, post ademptionem bonorum in insulam detrudendo: ⌞superstitioni enim suae servire cupientes poterunt publice ritum proprium exercere⌟. Accusatorem autem huius criminis non delatorem esse, sed dignum magis praemio arbitramur. P(RO)P(OSITA) KAL. FEB. ROM(AE) CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS.

| ⌈ nullus sacerdos, nullus eorum, qui huic ritui adsolent ministrare IVST. *(cf. 9, 16, 2)*

⌞ ⌟ *om.* IVST.

---

*V (fuit in Solms.).* — IVST. 9, 18, 3.

1 ad Maximum] *scilicet praefectum urbi* 1/2 aruspex *V* 3 sed] *V*[2] *Iust.*, se *V*[1] amicitia quamuis uetus *Iust.* 5/6 illo in insulam detrudendo post adempt. bonorum qui eum euocauerit suasionibus uel praemiis *Iust.* 6 adeptionem *V* 10 *in mense erratum est, cum Maximus inierit a. 319 k. Sept.*

VIIII, 16, 2 (319 Mai. 15).

IDEM A. AD POPVLVM. ⌜Haruspices et sacerdotes et eos, qui huic ritui adsolent ministrare⌝, ad privatam domum prohibemus accedere vel sub praetextu amicitiae limen alterius ingredi, poena contra eos proposita, si contempserint legem. Qui vero id vobis existimatis conducere, adite aras publicas adque delubra et consuetudinis vestrae celebrate sollemnia: nec enim prohibemus praeteritae usurpationis officia libera luce tractari. DAT. ID. MAI. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CONSS.

| ⌜Nullus haruspex, nullus sacerdos, nullus eorum qui huic ritui adsolent ministrare⌝ *fin.* IVST. *(cf. 9, 16, 1)* |
|---|

*V.* — IVST. 9, 18, 3. — *Scholia Vaticana:* similis superiori, sed hic addit dicens vel qui eis ministraverit: sed hoc inrisive dicit, ut tempta conducta publica secundum ritum pristinum sacrificare.

1 aruspices *V* 5 contemserint *V* extimatis *V*

VIIII, 16,3 [= BREV. VIIII, 13, 1] (321/4 [317–319] Mai. 23).

IDEM A. ET CAES. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Eorum est scientia punienda et severissimis merito legibus vindicanda, qui magicis adcincti artibus aut contra hominum moliti salutem aut pudicos ad libidinem deflexisse animos detegentur. Nullis vero criminationibus inplicanda sunt remedia humanis quaesita corporibus aut in agrestibus locis, ne maturis vindemiis metuerentur imbres aut ruentis grandinis lapidatione quaterentur, innocenter adhibita suffragia, quibus non cuiusque salus aut existimatio laederetur, sed quorum proficerent actus, ne divina munera et labores hominum sternerentur. DAT. X KAL. IVN. AQVIL(EIAE) CRISPO ET CONSTANTINO CAESS. CONSS.

INTERPRETATIO. Malefici vel incantatores vel inmissores tempestatum vel hi, qui per invocationem daemonum mentes hominum turbant, omni poenarum genere puniantur.

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]EXCPMLS Berol. [cf.* 9, 14, 2; *om. interpr.]).* — IVST. 9, 18, 4. — Cf. LEX VISIGOTH. (Chindasuindi) 6, 2, 3.

1 idem] imp. constantinus *brev.* et c̄ (consul *S*) *om. OL* p̄. ū] *VHPMS Ber. Iust. (L),* p̄f̄ū *GC,* p̄p̄ō *L,* p̄p̄ *E Iust. (C),* p̄m̄ *N* 1/2 eorum est sc. p. et s. merito (marito *G*) l. uindicanda (-dam *NE*, -dum *G*)] *VHNGOEC*, eorum licentiam (-tia *S*) puniendam (-da *S*) et seuerissimi *(sic S,* esse uerissimis *PML)* m. l. uindicandam *PMLS* 2 qui] quia *E* 2/3 hominum (mores *ins.* $E^b$) moliti (molliti *E*, molesti *G*) salutem] sal. h. mol. *Iust.* 3 pudicus *NG* ad libidinem] aut libidine *E* deflixisse *E*, defixisse *Ber. Pith. (inde Cui. 1586),* defluxisse *G*, deflexis *PML* animos] animus *NG*, animo *PMLS*, *post* pudicos *Iust.* deteguntur *O*, detegitur *G*, detegantur $E^b$ nullis uero] nullos uir a $E^b$ 3/4 criminibus *H* 4 remedi $V^1$, remedio *C* humanis] $VHG^vO$, humanitatis (-tes *N*) $NG^tECPML$ *Ber.*, humananitatis *S* 5 maturiis *M*, maturae *O* uindemiae *O* metuerentur (meterentur *NE Pith.*, mitterentur *Ber. Pith.*) *om. O* imbris *O* ruentis] *VO Iust. (C),* ruente *Ber.*[2], uentis *Iust. (reliqui),* rore ue *C*, rore ne *X*, rore•• *E*, rore *HNG* (*ante* lap.) *PMLS Ber.*[1] grandinis (gradinis *L*, grandinum *H*) lapidatione (-nis *H*)] l. gr. *G* quaterentur] quererentur *HGE*, qua parentur $P^2$ 6 innocenter (innocentes *HGEC*) adhibita (addebita $G^v$) suffragia *post* 4 locis *Iust.* non] nunc *E* cuiusquam *GE*, cuiuscumque *PMLS* existimatio] *VHOEC*, exaestimatio *N*, aestimatio *GPMLS* lederetur *V* 7 quorum] corum *L* proficerint *H*, profecerint *NE*, fecerint *O* laboris *S* sternerentur] exterminarentur *HE*, tererentur *L* 7/8 dat. x *(om. HO,* xi $N^*$*)* k. iun. (iul. *E Pith.*) aquil̄ (aquilino *V*) crispo (crispino *PMS*) et constantino (constantio *VS*) c̄c̄ (cac̄s *V*, ā *C*, *om. reliqui*); *intellegitur aut* Crispo II et Constantino II *(a. 321) aut* Crispo III et Constantino III *(a. 324). Bassus praefectus urbi fuit per a. 317—319* 9 uel inc.] inc. *H* emissores *E* hi] *G*, hii *NEC*, ii *H(?)*, *om. PMLS* 9/10 inuocatione *N*, inuocationes *H* 10 omne *E* poenarum] ferarum *S*

II, 16, 4 [= BREV. VIIII, 13, 2] (357 Ian. 25).

IMP. CONSTANTIVS A. AD POPVLVM. Nemo haruspicem consulat aut mathematicum, nemo hariolum. Augurum et vatum prava confessio conticescat. Chaldaei ac magi et ceteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo divinandi curiositas. Etenim supplicium capitis feret gladio ultore prostratus, quicumque iussis obsequium denegaverit. DAT. VIII KAL. FEB. MEDIOL(ANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque pro curiositate futurorum vel invocatorem daemonum vel divinos, quos hariolos appellant, vel haruspicem, qui auguria colligit, consuluerit, capite punietur.

---

*V.* — BREV. (*HNGO[om. int.]ECPMLS*). — IVST. 9, 18, 5. — Cf. LEX VISIGOTH. (Chindasuindi) 6, 2, 1.

1 imp. constantius ā] *V Iust.*, imp. constantius (-tinus *HNGM*) ā (*om. O*) et iulianus (-nos *E*, -num *L*) c̄ (clarissimi *H*, consul *S*, *om. L*) *brev.* nemo] ne *L* auspicem $H^a$, auruspicem *EC* 2 nemo] aut *N* hauriolum $V^1$, auriolum $E^a$ augurum] aut augurum (-rem $G^b$) *G* et] aut *E* uatem $G^b$ confessionis (-ons $H^a$) *H* conticiscat *GCPM* chaldei *V* chaldaei . . . 3 maleficos ob *om.* $E^a$ 2 ac (aut *GE*) magi et (ac *C*)] magi hac *H* 3 ceteris *G* maleficos] m. appellamus *N* ob fac. magn.] facinorum magnitudine *G* nec] ne *O* hac *N* 4 sileat] sed sileat *GE* supplicio *NE* 5 feret] $OC^b$ *Pith. Iust.*, fere $EC^a PML$, ferre *HNG*, ferat *S*, facit *V* ultare $V^1$ prostatus $M^a$, prostractus $L^b$ iusso *G* obsequio *N* 5/6 dat. uiii (uii *GPM*) k. feb. (ian. *G*, sept. *Pith.*) med. (*om. G*) constantio (-tino *NGEPMS*) a. (*om. HO*) uiiii (uiii *Iust. [Hal.]*, *om. GO*) et iul. c (cc *E*, clariss̄ *H*, *om. OS*) ii (*sic V* $N^* OCPMS$, *om. HNG Iust. [Hal.]*) *libri* 7 inuocatorum *G* demoniorum *C* 8 auruspices *H*, auruspicem *E* aguria *N* collegit *NE*, colligent *H* consolauerit *H* puniatur *H*, puniantur *N*

---

II, 16, 5 (357 Dec. [?] 4).

IDEM A. AD POPVLVM. POST ALIA: Multi magicis artibus ⌜ausi⌝ elementa turbare vitas insontium labefactare non dubitant et manibus accitis audent ventilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos. Hos, quoniam naturae peregrini sunt, feralis pestis absumat. DAT. PRID. NON. DECEMB. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

⌜usi⌝ IVST.

---

*V.* — IVST. 9, 18, 6.

1 idem ā] *V Iust. (CM)*, idem ā et c̄ *Iust. (LR)* 4 a. *om. V* ii *om. V.* — *A Mediolano cum Constantius abierit a. 357 Apr. 28, aut in mense erratum est aut restituendus consulatus a. 356*

---

II, 16, 6 (358 Iul. 5).

IDEM A. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Etsi excepta tormentis sunt corpora honoribus praeditorum, praeter illa videlicet crimina, quae legibus demonstrantur, etsi omnes magi, in quacumque sint parte terrarum, humani generis inimici credendi sunt, tamen quoniam qui in comitatu nostro sunt ipsam pulsant propemodum maiestatem, si quis magus vel magicis contaminibus adsuetus, qui maleficus vulgi consuetudine nuncupatur, aut haruspex aut hariolus aut certe augur vel etiam mathematicus aut narrandis somniis occultans artem aliquam divinandi aut certe aliquid horum simile exercens in comitatu meo vel Caesaris fuerit deprehensus, praesidio dignitatis cruciatus et tormenta non fugiat. Si convictus ad proprium facinus detegentibus repugnaverit pernegando, sit eculeo deditus ungulisque sulcantibus latera perferat poenas proprio dignas facinore. DAT. III NON. IVL. ARIMINI DATIANO ET CEREALE CONSS.

---

*V.* — IVST. 9, 18, 7.

1 idem a.] *V Iust. (M)*; idem a. et c. *Iust. (CRL)* 2/3 etsi omnes (*V*, homines *Iust.*) magi] magi etsi omnes *malim* 5 contramanibus *Iust. (C)*, certaminibus *Iust.* ($R^a M$) 6 etiam] *Iust.*, et *V* 9 ad *delendum* sit *om.* $V^1$ 10 aeculeo *V* 11 iii] uii *Iust. (Hal.)*, uiii *Iust. (L)* non.] kal. *Iust. (Hal.)*

VIIII, 16, 7 [= BREV. VIIII, 13, 3] (364 Sept. 9).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SECVNDVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ne quis deinceps nocturnis temporibus aut nefarias preces aut magicos apparatus aut sacrificia funesta celebrare conetur. Detectum enim adque convictum conpetenti animadversione mactari perenni auctoritate censemus. DAT. V ID. SEPTEMB. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque nocturna sacrificia daemonum celebraverit vel incantationibus daemones invocaverit, capite puniatur.

---

*V.* — BREV. (*HNGO[om. int.]ECPMLS*). — Cf. LEX VISIGOTH. (Chindasuindi) 6, 7, 3. — *Ad hanc legem respicit Zosimus 4, 3, 2. 3:* (Valentinianus) *τὰς νυκτερινὰς ἐκώλυσε θυσίας ἐπιτελεῖσθαι, τοῖς μυστικῶς πραττομένοις ἐμποδὼν διὰ τοῦ τοιοῦδε νόμου γενέσθαι βουλόμενος· ἐπεὶ δὲ Πραιτεξτᾶτος ὁ τῆς Ἑλλάδος τὴν ἀνθύπατον ἔχων ἀρχὴν ... τοῦτον ἔφη τὸν νόμον ἀβίωτον τοῖς Ἕλλησι καταστήσειν τὸν βίον, εἰ μέλλοιεν κωλύεσθαι τὰ συνέχοντα τὸ ἀνθρώπειον γένος ἁγιώτατα μυστήρια κατὰ θέσμον ἐκτελεῖν, ἐπέτρεψεν ἀργοῦντος τοῦ νόμου πράττεσθαι πάντα κατὰ τὰ ἐξ ἀρχῆς πάτρια.*

1 aa *om. O* secundinum *E* ppo] *VHG*ᵃ, ppu $G^b$, pu *PML Pith.*, publium *S*, pfu *C*, ppm *E*, propositum *N* 2 nocturni *N* preces] speties *S* apparatos *NE* 3 deiectum *C* enim] *brev.*, *om. V* adque] aut *H* animaduertione *PM*, anima aduersione *N*, aduersione $G^b$ 4 mactare *V*, aptari *G*, macinam $E^a$, machinam $E^b$ peerenni *V* censuimus *HG* 4/5 dat. u (*sic V et rel.*, ui *O*) id. sept. diuo iouiano (iuu. $G^t$, datiano *PMS*) et uarroniano (uaroniano *C*, barruniano *N*, arboniano *Pith.*, iuliano ā *Pith.*, matroniano *G*, uarrone *PMS*) *libri* 6 celebrauerint *NG* 7 inuocauerint *NG* puniantur *NG*$E^a$

---

VIIII, 16, 8 (370? 373? Dec. 12).

IDEM AA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Cesset mathematicorum tractatus. Nam si qui publice aut privatim in die noctuque deprehensus fuerit in cohibito errore versari, capitali sententia feriatur uterque. Neque enim || culpa ⌜dissimilis⌝ est prohibita discere quam docere. DAT. PRID. ID. DECEMB. CONSTANTINOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

|| *inc.* IVST. | ⌜similis⌝ IVST.

---

*V.* — IVST. 9, 18, 8.

5 aa.] *Iust. (L Hal.)*, *om. V.* — *Praefecturam cum per a. 365 et a. 368 alii administraverint, constitutio est aut a. 370 (ut 7, 13, 3) aut a. 373.*

---

VIIII, 16, 9 (371 Mai. 29).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD SENATVM. Haruspicinam ego nullum cum maleficiorum causis habere consortium iudico neque ipsam aut aliquam praeterea concessam a maioribus religionem genus esse arbitror criminis. Testes sunt leges a me in exordio imperii mei datae, quibus unicuique, quod animo inbibisset, colendi libera facultas tributa est. Nec haruspicinam reprehendimus, sed nocenter exerceri vetamus. DAT. IIII KAL. IVN. TREVIRIS GRATIANO A. II ET PROBO CONSS.

---

*V*

4 inuiuisset *V*, lubuisset *Pith.* 6 iiii] *scr.* xiiii *ad iunctam* triberos *V*

---

VIIII, 16, 10 (371 Dec. 6).

IDEM AAA. AD AMPELIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quia nonnulli ex ordine senatorio maleficiorum insimulatione adque invidia stringebantur, idcirco huiusmodi negotia urbanae praefecturae discutienda permisimus. Quod si quando huiusmodi inciderit quaestio, quae

iudicio memoratae sedis dirimi vel terminari posse non creditur, eos, quos negotii textus amplectitur, una cum gestis omnibus praesentibus adque praeteritis ad comitatum mansuetudinis nostrae sollemni observationi transmitti praecipimus. DAT. VIII ID. DEC. GR(ATI)ANO A. II ET PROBO CONSS.

*V*

---

III, 16, 11 (389 Aug. 16).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. ALBINO P(RAEFECTO) V(RBI). Quicumque maleficiorum labe pollutum audierit deprehenderit occupaverit, ilico ad publicum protrahat et iudiciorum oculis communis hostem salutis ostendat. Quod si quisquam ex agitatoribus ⌈ seu ex quolibet alio genere hominum contra hoc interdictum venire temptaverit aut clandestinis suppliciis etiam manifestum reum maleficae artis suppresserit, ultimum supplicium non evadat geminae suspicionis obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris socios publicaret, severitati legum et debitae subtraxerit quaestioni aut proprium fortassis inimicum sub huius vindictae nomine consilio atrociore confecerit. DAT. XVII KAL. SEPT. ROM(AE) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

⌈ id est aurigis IVST.

*V.* — IVST. 9, 18, 9.

1 pu] pp *Iust.* 6 maleficae] *Iust.* *(reliqui)*, maleficiae *V Iust.* *(C)* suppresserit] *V*, oppresserit *Iust.* suspicionis] *V Iust.*, suspiciosi *edd.* | 8 huius] *V*, huiusmodi *Iust.* 9 xuii] *V*, xui *Iust.* *(L)*, xu *Iust.* *(Hal.)* sept.] *V*, dec. *Iust.* *(L Hal.)*

---

III, 16, 12 (409 Febr. 1).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. CAECILIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Mathematicos, nisi parati sint codicibus erroris proprii sub oculis episcoporum incendio concrematis catholicae religionis cultui fidem tradere numquam ad errorem praeteritum redituri, non solum urbe Roma, sed etiam omnibus civitatibus pelli decernimus. Quod si hoc non fecerint et contra clementiae nostrae salubre constitutum in civitatibus fuerint ˹deprehensi˺ vel secreta erroris sui et professionis insinuaverint, deportationis poenam excipiant. DAT. KAL. FEB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

IVST. ˹comprehensi˺

*V.* — IVST. 1, 4, 10.

2 nisi] si non *Iust.* 4 quod] qui *Iust.* 5 fecerit *V*¹ 6 depraehensi *V*

## XVII. DE SEPVLCHRI VIOLATI.

de sepulchri violati] *V*, de sepulchris violatis *V (rec.) edd.* — *Iust.* 9, 19 de sepulchro violato.

III, 17, 1 (340 Iun. 25).

IMP. CONSTANTIVS A. AD TITIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si ˹quis˺ in demoliendis sepulchris fuerit adprehensus, si id sine domini conscientia faciat, metallo ˹adiudicetur˺; si vero domini auctoritate vel iussione urgetur, relegatione plectatur. Et si forte detractum aliquid de sepulchris ad domum eius villamque pervectum ˹post hanc legem˺ repperietur, villa sive domus aut aedificium quodcumque erit fisci viribus vindicetur. DAT. VII KAL. IVL. MED(IOLANO) ACINDYNO ET PROCVLO CONSS.

IVST. ˹seruus˺ ˹addicetur˺ ˹ ˺ *om.*

*V (fuit in Solms.).* — IVST. 9, 19, 2.

1 titianum] *Iust.* *(reliqui)*, tatianum *V Iust.* *(C)* 2 scientia *Iust.* 4 plectetur *Iust.* detractatum *V*¹ 5 prouectum *Iust.* 7 aquindino *V*

VIIII, 17, 2 (349 Mart. 28).

IDEM A. AD LIMENIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Factum solitum sanguine vindicari multae inflictione corrigimus atque ita supplicium statuimus in futurum, ut nec ille absit a poena, qui ante commisit. Universi itaque, qui de monumentis columnas vel marmora abstulerunt vel coquendae calcis gratia lapides deiecerunt, ex consulatu scilicet Dalmatii et Zenofili, singulas libras auri per singula sepulchra fisci rationibus inferant investigati per prudentiae tuae iudicium. Eadem etiam poena, qui dissiparunt vel ornatum minuerunt, teneantur et qui posita in agris suis monumenta calcis coctoribus vendiderunt una cum his, qui ausi sunt comparare — quidquid enim attingi nefas est, non sine piaculo comparatur — sed ita, ut ab utroque una libra postuletur. Sed si ex praecepto iudicum monumenta deiecta sunt, ne sub specie publicae fabricationis poena vitetur, eosdem iudices iubemus hanc multam agnoscere; nam ex vectigalibus vel aliis titulis aedificare debuerunt. Quod si aliquis multam metuens sepulchri ruinas terrae congestione celaverit et non intra statutum ab excellentia tua tempus confessus sit, ab alio proditus duas auri libras cogatur inferre. Qui vero libellis datis a pontificibus impetrarunt, ut reparationis gratia labentia sepulchra deponerent, si vera docuerunt, ab inlatione multae sepa-
1 rentur: at si in usum alium depositis abusi sunt, teneantur poena praescribta. Hoc in posterum observando, ut in provinciis locorum iudices, in urbe Roma cum pontificibus tua celsitudo inspiciat, si per sarturas succurrendum sit alicui monumento, ut ita demum data licentia tempus etiam consummando operi
2 statuatur. Quod || si aliquis contra sanctionem clementiae nostrae sepulchrum laesurus attigerit, XX libras auri largitionibus nostris cogatur inferre. Locorum autem iudices si haec observare neglexerint, non minus nota quam statuta in sepulchrorum violatores poena grassetur. DAT. V KAL. APRIL. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

> IVST.
> || Si quis sepulchrum laesurus attigerit, locorum iudices si hoc vindicare neglexerint, non minus nota quam viginti librarum auri in sepulchrorum violatores statuta poena grassetur, ut eam largitionibus nostris inferre cogantur.

*V.* — IVST. 9, 19, 3. — *Scholia Vaticana ad v. 14:* libellis episcopo datis.

1 sanguinem *V*[1] 9 ex] *Gothofredus*, et *V* 12 multam] multa *V (corr. m. rec.)* 16 at] *V*rec., aut *V*

VIIII, 17, 3 (356 . . . .).

IDEM A. ET IVLIANVS CAES. AD ORFITVM. Quosdam comperimus lucri nimium cupidos sepulchra subvertere et substantiam fabricandi ad proprias aedes transferre. Ii detecto scelere animadversionem priscis legibus definitam subire debebunt. P(RO)P(OSITA) IN FORO TRAIANI CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. CONSS.

*V.* — *Scholia Vaticana:* plus hic fieri iussit, ut non multam, sed poenam animae patiantur.

1 orfitum] *praefectum urbi* 2 hii *V*

VIIII, 17, 4 (357 [356] Iun. 13).

IDEM A. AD POPVLVM. Qui ˹aedificia manium˺ violant, domus ut ita dixerim defunctorum, geminum videntur facinus perpetrare, nam et sepultos spoliant destruendo et vivos polluunt fabricando. Si quis igitur de sepulchro abstulerit saxa vel marmora vel columnas aliamve quamcumque materiam ˹fabricae˺ gratia sive id fecerit venditurus, decem pondo auri cogatur inferre fisco: sive quis propria sepulchra defendens hanc in iudicium querellam detulerit sive quicumque alius accusaverit vel officium nuntiaverit.

> IVST.
> ˹sepulchra˺
> ˹fabricandi˺

4 sepulcho *V*[a] 6 fisco inferre *Iust.*

Quae poena priscae severitati accedit, nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulchra violantibus videtur inpositum. Huic autem poenae subiacebunt et qui corpora sepulta aut reliquias contrectaverint. DAT. ID. IVN. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

*V.* — IVST. 9, 19, 4.

1 accedit] *Iust.*, accidit *V* 3 iun.] nou. *Iust.* (*Vindob. Hal.*) constantino *V* uiiii] uiii *Iust.* (*L Hal.*) 4 ii *om. Iust.* (*L Hal.*). — *A* | *Mediolano cum Constantius abierit a. 357 Apr. 28, aut in mense erratum est aut restituendus consulatus a. 356*

, 17, 5 (363 Febr. 12).

IMP. IVLIANVS A. AD POPVLVM. Pergit audacia ad busta diem functorum et aggeres consecratos, cum et lapidem hinc movere et terram sollicitare et cespitem vellere proximum sacrilegio maiores semper habuerint. Sed et ornamenta quidam tricliniis aut porticibus auferunt de sepulchris. Quibus primis consulentes, ne in piaculum incidant contaminata religione bustorum, hoc fieri prohibemus poena ⸢manium vindice⸣

1 cohibentes. || Secundum illud est, quod efferri cognovimus cadavera mortuorum per confertam populi frequentiam et per maximam insistentium densitatem; quod quidem oculos hominum infaustis incestat aspectibus. Qui enim dies est bene auspicatus a funere aut quomodo ad deos et templa venietur? Ideoque quoniam et dolor in exsequiis secretum amat et diem functis nihil interest, utrum per noctes an per dies efferantur, liberari convenit populi totius aspectus, ut dolor esse in funeribus, non pompa exsequiarum nec ostentatio videatur. DAT. PRID. ID. FEB. ANTIOCHIAE IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

⸢sacrilegii⸣ IVST.
|| *fin.* IVST.

*V.* — IVST. 9, 19, 5. — *Graece inde a* 6 secundum *inter opera Iuliani ep. 77 (ed. Hertlein vol. 2 p. 601 v. 15 sq.; cf. Hermae vol. 8 p. 172).*

2 et terram] *Iust.*, terram V sollicitare] *V*, euertere *Iust.* (*Lat.*) proximam *V* 3 habuerunt *Iust.* et] *Iust.* (*C et Graeci*), *om. V Iust.* (*RM*) quidam] *V cum Iust.* (*Graec.*), quaedam *Iust.* (*Lat.*) 4 auferri *Iust.* 5 bustorum] *V cum Iust.* (*Graec.*: τῶν τάφων), defunctorum *Iust.* (*Lat.*) 6 eferri *V* 9 quomodo] *expectes* quomodo inde

II, 17, 6 (381 Iul. 30).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. PANCRATIO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnia quae supra terram urnis clausa vel sarcofagis corpora detinentur, extra urbem delata ponantur, ut et humanitatis instar exhibeant et relinquant incolarum domicilio sanctitatem. Quisquis autem huius praecepti neglegens fuerit adque aliquid tale ab huius interminatione praecepti ausus fuerit moliri, tertia in futurum patrimonii parte multetur. Officium quoque, quod tibi paret, quinquaginta librarum auri affectum despoliatione maerebit. Ac ne alicuius fallax et arguta sollertia ab huius se praecepti intentione subducat || atque apostolorum vel martyrum sedem humandis corporibus aestimet esse concessam, || ab his quoque, ita ut a reliquo civitatis, noverint se atque intellegant esse submotos. DAT. III KAL. AVG. HERACL(EAE) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

IVST.
|| Nemo apostolorum vel martyrum sedem humandis corporibus existimet esse concessam *fin.*

*V.* — IVST. 1, 2, 2.

6 tibi] sibi *V rec.* 6/7 dispoliatione *V* 7 maerebit] *Gothofredus*, maerebitur *V* 9 humanis *Iust.* (*Lat.*) aestimet] *V Iust.* (*RM*), existimet *Iust.* (*C*) 11 iii] *Iust. cum iunctis*, iiii *V*

VIIII, 17, 7 (386 Febr. 26).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Humatum corpus nemo ad alterum locum transferat; || nemo martyrem distrahat, nemo mercetur. Habeant vero in potestate, si quolibet in loco sanctorum est aliquis conditus, pro eius veneratione quod martyrium vocandum sit addant quod voluerint fabricarum. DAT. IIII KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) HONORIO N. P. ET EVODIO CONSS.

| IVST. 1, 2, 3 | IVST. 3, 44, 14 |
|---|---|
| \|\| Nemo martyres distrahat, nemo mercetur *fin.* | \|\| Nemo humanum corpus ad alterum locum sine Augusti adfatibus transferat *fin.* |

---

*V.* — IVST. 1, 2, 3. 3, 44, 14.

4 habeat *V* 7 iiii] *V*, iii *Iust. (utroque loco)*

## XVIII [= BREV. XIIII]. AD LEGEM FABIAM.

*Iust.* 9, 20. — ad legem (lege *L*) fabiam (fauiam *E*, fabia *L*) *om. O* *add.* hoc est (de his *O*) qui filios inuolant alienos *HNGOECPMLS*

VIIII, 18, 1 [= BREV. VIIII, 14, 1] (315 Aug. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD DOMITIVM CELSVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Plagiarii, qui viventium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates, metalli poena cum ceteris ante cognitis suppliciis tenebantur. Si quis tamen eiusmodi reus fuerit oblatus, posteaquam super crimine patuerit, servus quidem vel libertate donatus bestiis ⌜primo quoque munere⌝ obiciatur, ⌜liber autem sub hac forma in ludum detur gladiatorium, ut, antequam aliquid faciat, quo se defendere possit, gladio consumatur⌝. Eos autem, qui pro hoc crimine iam in metallum dati sunt, numquam revocari praecipimus. DAT. KAL. AVG. CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

| |
|---|
| ⌜pr. q. munere⌝ *om.* IVST. |
| ⌜ingenuus autem gladio consumatur⌝ *fin.* IVST. |

INTERPRETATIO. Hi, qui filios alienos furto abstulerint et ubicumque transduxerint, sive ingenuus sive servus sit, morte puniatur.

---

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS)*. — COLLAT. 14 fin. (?). — IVST. 9, 20, 16. — BVRG. R. 4, 1.

1 impp. constantinus et constans aug. *G* domitium] domicianum (et *ins. G*) *GE* celsum *om. L* uic (uc̄ *HG*) afr.] coss. *L* 2 infigunt *N* orbitatis *NEL* 2/3 cum c. ante (autem *L*) c. suppliciis *om. O* 3 tenebantur] *VH(?)NE*, teneantur *OGCPMLS Iust.* tamen] autem *G* huiusmodi *G* obligatus *H* posteaquam] postea *S* 4 crimina *E* patuerit] patuerint *E*, aparuit *G*[v] seruis *E*[a] uel *om. G* 4/5 libertatem *E* 5 primum *N* munere] pro munere *E*[b] 6 super hanc formam *(om. G*[a]*) G* 7 gladiatorum *PML*, gradiatorium *S* aliquid] aliud *PMLS* faciat *post* 8 possit *O* 8 quo] quod *HGE* iam] aetiam *H* 9 metallo *G* reuolare *N* praecepimus *NL* 9/10 dat. k. aug. const. ā *(om. G)* iiii et lic. iiii (iii *O*, *om. PMS Iust. [Hal.]*) *libri.* — *Vide ad 1, 22, 1* 11 hii *HNECL* furtim *G* 12 ingenuus siue seruus sit] i. sit seu seruus *G*, ingenui siue serui sint *edd.* punietur *C*, moriatur *H*, puniantur *edd.*

# XVIIII [= BREV. XV]. AD LEGEM CORNELIAM DE FALSO.

*Rubr. Burg.* 32, 2. — ad legem corneliam] de lege cornelia *G*, *om. O* falso] falsariis *Burg.*, falsis *Iust.* — *Iust.* 9, 22.

I, 19, 1 [= BREV. VIIII, 15, 1] (316 Ian. 30).

IMP. CONSTANTINVS A. MECILIO HILARIANO CORRECTORI LVCANIAE ET BRITTIORVM. Si quis decurio testamentum vel codicillos aut aliquam deficientis scribserit voluntatem vel conscribendis publicis privatisque instrumentis praebuerit officium, si falsi quaestio moveatur, decurionatus honore seposito quaestioni, si ita poposcerit causa, subdatur. Sed non statim desinit esse decurio, qui in huiusmodi facto fuerit deprehensus. Quantum enim ad municipales pertinet necessitates, decurio permanet, quantum ad rem gestam et veritatem reserandam, uti decurionatus honore non poterit. 1 Nec vero is, qui ante fuerit tabellio, ad eludendam quaestionem super his, quae ante conscribsit, factus decurio defendi hac poterit dignitate, quoniam scribturae veritas, si res poposcerit, per ipsum debet probari auctorem. DAT. III KAL. FEB., ACC. KAL. AVG. SABINO ET RVFINO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis curialis voluntatem morientis aut quodlibet publicum documentum scripserit et de falsitate accusatur, seposita primitus dignitate, si necesse fuerit, subdatur examini: qui si convincitur, a curia non expellitur, sed curiae dignitate privabitur, id est ut honoratus esse non possit. Tabellio vero, qui admanuensis nunc dicitur, etiamsi ad curiae pervenerit dignitatem, si de falsitate accusatus fuerit aut convictus, subdatur examini, ut per ipsum, per quem confecta est, scripturae veritas adprobetur.

---

*V.* — BREV. (*H[deficit* 9 *in* dignitate*]N)[deficit* 8 conscripsit*]GO[om. int.]EXCPMLS)*. — IVST. 9, 22, 21.

1 mecilio] *O cum titulo Africano C. I. L. VIII, 1179*, mechilio *VHC*, micilio *N*, michilio *G*, necilio *PMS*, militio *E*, *om. L* chilariano *L*, helariano *E* correctore *V* lucaniae (luō *E*, locariae *N*, luciae *S*) et brittiorum (brittorum *N*, britiorum *CPMS*, brittoni *E*)] coss̄ *L* 2 quodicillos *L* deficientes *NL*, deficienti *H* 2/3 inscribendis *N*, conscribentis *E* 3 praebuerit] que (*del.* $E^b$) prebuerint *E* 4 deposito *G*, posito *L* quaestioni (-nis *H*, -ne $G^t$) si (*om.* $E^a$)] questionis $C^a$ subducatur $G^t$ 5 desinet *OPMLS* factum *E* deprehensus *om. Iust.* quandum *N*, et quantum *G* 6 municipiales *O* pertinet] *post* necessitates *O* necessitates] dignitates $G^tE^t$ permanet et *H*, permaneat *OPMLS*, permaneat et *GEC* gestam *om. H* 6/7 et ueritatem] meruit ueritatem (-te $G^b$) *G* 7 reserandam] *NPMLS Iust. (Paris. 4517)*, resoruandam (-da $G^b$) *HGOEC Iust. (CR)*, seruandam *V* uti] ut id *C*, ut (*sequentia deficiunt*) *X*, uti id est *H* nec] ne *L* qui *bis C* 7/8 fuerit tabellio (abellio *N*) ad eludendam (erudendam *N*) q. s. h. q. ante *om.* $G^a$ 8 conscripserit *OE* factus] facultas *G* 9 hanc p. dignitatem *G* quoniam] quod *L*, quae non *S* res repoposcerit *G* 10 dat. iii (iiii *O*) k. feb. acc. k. (febr. *ins. PM*) aug. (mai. *Pith.*, septemb. *Pith.*, acc. k. aug. *om. GO*) sabino (sauino *O*) et rufino *libri* 11 quolibet *LS* 12 de *om.* $M^a$ reposita *G* 13 expelletur *S edd.* curia *L* 14 admanuensis nunc] *sic libri nostri*, uel cancellarius *add. epitome Aegidiana et edd.* (*Pith. adnotat:* est in uno) etiamsi] etsi *G* 15 falsitate] facultate *G* fuerit *om. L* aut *om.* $E^a$ 16 comprobetur *G*

---

I, 19, 2 (326 [320] Mart. 25).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Cum in praeterito is mos in iudiciis servaretur, ut prolatis instrumentis, si ea falsa quis diceret, a sententia iudex civilis controversiae temperaret eoque contingeret, ut imminens accusatio nullis clausa temporibus petitorem possessoremve deluderet, commodum duximus, ut, etsi alteruter litigantium falsi strepitum intulisset, petitori tamen possessorive momentum prolatorum instrumentorum conferret auctoritas, ut tunc civili iurgio terminato secunda falsi actio sub-

---

5/6 strumentorum *V*

1 deretur. Volumus itaque, ut primum cesset inscribtio. Sed || ubi falsi examen inciderit, tunc ⌜ad morem pristinum quaestione civili per sententiam terminata⌝ acerrima fiat indago argumentis testibus scribturarum conlatione aliisque vestigiis veritatis. Nec accusatori tantum quaestio incumbat nec probationis ei tota necessitas indicatur, sed inter utramque personam sit iudex medius nec ulla quae sentiat interlocutione divulget, sed tamquam ad imitationem relationis, quae solum audiendi mandat officium, praebeat notionem, postrema sententia quid sibi liqueat proditurus.
2 Ultimum autem finem strepitus criminalis, quem litigantem disceptantemque fas non sit excedere, ⌜anni⌝ spatio limitamus, cuius exordium testatae aput iudicem conpetentem actionis nascetur ⌜auspicium:⌝ capitali post probationem supplicio, si id exigat magnitudo commissi, vel deportatione ei qui falsum commiserit imminente. P(RO)P(OSITA) VIII KAL. APRIL. IN FORO TRAIANI CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ⌜ad .. terminata⌝ *om.*

⌜compendioso⌝

⌜auspicio⌝

*V.* — IVST. 9, 22, 22.

6 indigatur *V*¹ 7 quae (que *V*) sentiat *post* 8 diuulget *Iust.* 11 quem . . . 12 excedere *post* limitamus *Iust.* 13/14 nascetur auspiciis testatae actionis apud iudicem compe- tentem *Iust.* 16/17 constantino a. ui et constantino c̄ *Iust.* *(Hal.)* *propter praefectum videtur scr. esse* Constantio A. VI et Constantino *(a. 320)*

VIIII, 19, 3 (367 Iun. [?] 9).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD FESTVM P(RO)C(ONSVLEM) AFRIC(AE). Serenitas nostra prospexit inde caelestium litterarum coepisse imitationem, quod his apicibus tuae gravitatis officium consultationes relationesque complectitur, quibus scrinia nostrae perennitatis utuntur. Quam ob rem istius sanctionis auctoritate praecipimus, ut posthac magistra falsorum consuetudo tollatur et communibus litteris universa mandentur, quae vel de provincia fuerint scribenda vel a iudice, ut nemo stili huius exemplum aut privatim sumat aut publice. DAT. V ID. IVN. TREV(IRIS) LVPICINO ET IOVINO CONSS.

*V*

1 *aut* p̄c *aut* p̄u *V* 7 *in mense erratum est, nam ad Aug. 28 Valentinianus remansit Ambianis*

VIIII, 19, 4 [= BREV. VIIII, 15, 2] (376 Apr. 16).

IMPPP. VALENS, GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD MAXIMINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Damus ⌜copiam iurgantibus⌝, si aput iudicem proferatur scribtura, de qua oritur aliqua disputatio, ⌜spatium ut habeat qui perurgeat profitendi⌝, utrum de falso criminaliter ⌜an de scribturae fide statuat civiliter experiri⌝.
1 Quod si expetens vindictam falsi crimen intenderit, ⌜erit in arbitrio iudicantis, an eum sinat etiam sine inscribtione certare. Iudicis enim potestati com-

IVST.
⌜licentiam litigantibus⌝

⌜spatium . . . profitendi⌝ *om.*
⌜statuat qui dubitet de instrumenti fide experiri an civiliter⌝
⌜erit . . . 469, 9 austeritas⌝] tunc quaestione civili per sententiam terminata criminis fiat indago

1 ualens] ualen̄t *GEC* et *om. L* ualen̄t] ualens *GEC* 2 āāā *om. O* maximinum] *V recte,* maximum *brev. Iust.* pfu *GC,* p̄u *Pith.,* pp̄m *E* 3 iugantibus *V*¹ 4 aliqua] alia *G, post* qua *E* 5 ut *om. G* perurget *O,* perurgebat *G,* perurguat *S* 6 criminanter *PMS* 7 fidem *PML* ciuiliter] deuilitate *G*ᵗ si *om. G* 8 criminis *G* intenderet *L* erit *om. C* 9 iudicancantis *L*ᵃ etiam *om. O* 10 scriptione *LS* certari *GC* iudices *E*

mitti oportet, ut de eo qui obiecta non probaverit sumat propositum antiquo iure supplicium. Rationi quoque huiusmodi plenissime suffragatur antiquitas, quae nequissimos homines et argui voluit et coherceri legibus variis, Cornelia de veneficiis sicariis parricidiis, Iulia de adulteris ambitusve criminibus ceterisve ita promulgatis, ut possit etiam sine inscribtione cognosci, poena tamen accusatorem etiam sine sollemnibus occuparet. De qua re et divus Antoninus rescribsisse docetur, id in iudicis potestate constituens, quod nosmet in legibus iusseramus. Removebitur itaque istius lenitate rescribti praecepti superioris austeritas,˺ ut, si quis ˹deinceps˺ tabulas testamenti chirografa testationesque nec non etiam rationes privatas vel publicas, pacta et epistulas vel ultimas voluntates, donationes venditiones vel si quid prolatum aliud ˹insimulare˺ conabitur, habeat ˹praetermissis sollemnibus˺ accusandi facultatem, ˹pro iudicis motu
2 sententiam relaturus˺. Civilis autem inquisitionis inter utrasque confligentium partes ˹aequali motu ingruit et recurrit humanitas, cum is˺ qui praeerit quaestioni intentiones ⌈ falsas ˹aut˺ convicta crimina ⌈ ex legibus poenis conpetentibus possit ulcisci. P(RO)P(OSITA) ROMAE XVI KAL. MAI. VALENTE V ET VALENTINIANO AA. CONSS.

IVST.
˹om.˺
˹instituere˺
˹pr. soll.˺ *om.*
˹pro .. rel.˺ *om.*
˹aequali ... is˺] lenior examinatio procedat, cum iudex
⌈ actoris
˹et˺ | ⌈ reorum

INTERPRETATIO. De falso potest et criminaliter et civiliter agi. Civiliter, cum aliquis in quibuslibet scripturis non falsi crimen obiecerit, sed veritatem scripturae quaerere velle se dicit. Nam si ad iudicem venerit accusator et falsi crimen intenderit, iudex tribuat accusatori spatium, ut deliberet, utrum criminaliter agere an civiliter velit. Qui si reversus ad iudicem in obiecto falsitatis crimine perseveret, in potestate iudicis erit, utrum inscriptionem celebrari velit an obiectum crimen sine inscriptione discutere. Quod cum iudex de obiectione falsitatis audierit, seu inscriptione habita seu omissa aut in accusatum, si falsitas adprobatur, aut in accusatorem, si falsa obiecerit, proferatur ex lege sententia.

---

*VT [incipit* 469, 15 pro iudicis*]*. — BREV. *(GOECPMLS)*. — IVST. 9, 22, 23. — BVRG. R. 32, 1.

1 summa *G* proposito $G^b$ 1/2 supplicio *G* 2 ratione *EC* 3 argui] *O*, acui *VEPMLS*, accui *G*, *om. in sp. vac. C* uoluet *V* uariis *om. L* ueneficis $C^b$*PMLS* *recte puto* parricidis *requiritur* 4 adulteris] *VC*, adulteriis *EGPMLS*: *malim* adulterii ambitusue] *VOC*, ambitus se *E*, ambitus uel *PMLS*, ambitus *G* ceterisue] *VC*, ceteris uel *G*, et ceteris *PMLS* possint *G* 5 inscribtione (scriptione *PMLS*) . . . sollemnibus *om.* $G^a$ agnosci *E* poena tamen] quae poena *O* occupare $GP^a$*ML*, accupari *S* 6 et etiam *G*, *om. CL* autonius *VGE* iudiciis *G*, iudices *E* potestatem *G* 7/8 remouetur *GO*, remouedi *(?)* $E^a$ 8 istius leb..ate*(?)* $E^v$, ob istius lenitatem *G* rescriptio $G^a$*E* praeceptio *S* 10 testamenta *O* testationisque *C* 11 uel publicas] publicasque *O* pacti *S* 13 uenditiones] uenditionesue (uindictionesue *E*) uel *ECPML*, uinditionis suae uel *S*, quo uel (*om.* uenditiones) *G* probatum *PML* 15 motum *L*, motus $T^a$*E*, mot *(sic)* $T^b$ 16 ciuilis] $TE^a$*C*, ciuiles $VE^b$*GPMLS*, ciuili *O* 16/17 inquisitionis] *C Iust.*, inquisitiones *VTG EPMLS*, iuquisitione *O* 17 utrasque] ueras-que *PML* 17/18 confl. partes (p. c. *Iust.*) aeq. motu (metu $E^a$) ingr.] partes ingr. confl. aeq. motu *G* 18 et *om. E* recurret *PM* 19 his *VT* praeterit $T^a$ *(vel T)* $E^v$ 20 conuicta] (cumuincta *L*) *VT brev. Iust.*, conficta *Haenelius* poenis] poenisque *T* 21 poscit *GS* 21/22 pp (dat. $N^*$) rom. (*post* mai. *Iust. [Hal.]*, *post* aa. $N^*$) xui (xu $N^*$*G*) k. mai. ual. u (*om.* $C^a$) et (*om. G*) ual. (ual. ii *T*, *om. G*) aa. (*om. E*) *libri* 23 et (*om. PM*) cr. et ciu.] et ciu. et cr. *O* ciuiliter *om. O* in *om. edd.* 24 falso *GE* crimine *E* dicet *PML* 25 si] et si *GEC* ad] a *E* et] et si *GE*, ex *PML* 26 iudicem] inuicem *G* 27 obiectu *C*, obiecti *PMLS* cr. fals. *O* perseuerit *L*, perseucrauerit *G* potestatem *G* inscriptione *PMLS* celebrare *OPMLS* uelit *om. S* 28 obiectum] non obiectum *S* inscriptione] scriptione *S* iudex . . . 30 sententia] iudex uel sine uel cum scriptura audierit in accusatum uel accusatorem proferet sententiam competentem *O* de obiectione] obiectionem *G* 29 accusatione *G* si] sua *S* approbatur a. in a. si falsa *om.* $E^a$ accusatore *PML*, accusatores *S* 30 falsa] *C*, falsum *PMLS*, falsitas *G* ex] *GC*, de *PMLS*

# XX [= BREV. XVI]. VICTVM CIVILITER AGERE CRIMINALITER POSSE.

uictum c. agere (arege $G^a$) criminaliter (et cr. *edd.*) posse] item de eadem re *O*. — *Iust* 9, 31 quando civilis actio criminali praeiudicet et an utraque ab eodem exerceri potest

VIIII, 20, 1 [= BREV. VIIII, 16, 1] (378 Ian. 12).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD ANTONIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. A plerisque prudentium generaliter definitum est, quotiens de re familiari et civilis et criminalis competit actio, utraque licere experiri, ⌈ nec, si civiliter fuerit actum, criminalem posse consumi ⌈. Sic denique et per vim possessione deiectus, si de ea recuperanda interdicto unde vi erit usus, non prohibetur tamen etiam lege Iulia de vi publico iudicio instituere accusationem; et suppresso testamento cum ex interdicto de tabulis exhibendis fuerit actum, nihilo minus ex lege Cornelia testamentaria poterit crimen inferri; et cum libertus se dicit ingenuum, tam de operis civiliter quam etiam lege Visellia criminaliter poterit perurgueri. Quo in genere habetur furti actio et legis Fabiae constitutum. Et ⌜cum una excepta sit causa de moribus, sescenta⌝ alia sunt, quae enumerari non possunt, ut, cum altera prius actio intentata sit, per alteram quae supererit iudicatum liceat retractari. Qua iuris definitione non ambigitur etiam falsi crimen, de quo civiliter iam actum est, criminaliter esse repetendum. DAT. PRID. ID. IAN. TREV(IRIS) VALENTE VI ET VALENTINIANO II AA. CONSS.

> IVST.
> ⌈ sive prius criminalis sive civilis actio moveatur ⌈ et similiter e contrario

> IVST.
> ⌜plurima⌝

INTERPRETATIO. Sunt causae permixtae civiles pariter et criminales, et possunt hae causae ita dividi, ut prius civiles, deinde criminales agantur, si voluerit accusator: ita ut, si quis de re sua fuerit violenter expulsus, et rem ablatam civili primitus maluerit actione repetere, momentum sibi restitui petat, et si de eius proprietate is qui expulsus est civiliter fuerit superatus, criminali postmodum actione servata recepto primitus momento potest postmodum inpetere violentum. De testamento etiam, si quis commendatum a testatore testamentum in fraudem

---

1 ualens (ualentinianus *G*) grat. et ualentin. (ualens *G*) *VGECPM*, ualest et uales et graus *L*, grat ualent *O*, grat ualanus et theod *T* 1/2 ppo] pfu *GC*, ppm *E* 2 prelisque $G^a$, pluris $E^v$ generaliter . . . . 3 actio utraque] [g]enera utraque *(med. om.) T* 3 ciuili et criminali *PMLS* accitio *L* utrasque *G* licite $G^t$ 4 nec si] nei si $L^a$, ne sisi $L^b$, nec sic *E* actum] accusatum $GE^v$ 4/5 criminale *V*, criminaliter $G^vE$ 5 sic *om. O* per uim] operum $G^t$ 6 possessionem *E* recipienda *PMLS* 6/7 interdictum *E*, interdictio *G* 7 ui erit] fuerit *PMLS* perhibebitur *C* 8 legem iuliam *G* iudicio] iudicio ius *G* instruere $G^aE^t$ accusatione *L*, actionem *O* 9 interdictio $M^a$, terdicto $G^a$ de *om.* $G^a$ exibendis *T*, exhibendi *L* cornelia] iulia $G^v$ 10 testamentarium *O* inferre $L^aS$ *Iust. (praeter N)* opere *O*, operibus *G* 11 lege (de lege *C*) uisellia] lege bisellia *T*, lege uissellia $G^v$, lege iusellia *C*, legibus illi a *E*, lege uis ac $G^t$ criminanter *PMLS* perurgueri] purgare $G^a$ quod *G* 12 actio] ac *P* et] ex *PML* una] ea *PMS*, et *L* 13 excepta sit] exceptasset *S* minoribus $G^t$ sescenta] *sic TV*, sexaginta *G*, suis certa *E* numerari *OPMS Iust.*, numerare *L*, denumerari *G* 14 ut] et *GEC* prior *GE* intentata] $V^2O$, intemtata $V^1$, intenta *GEC*, intestata *PMS*, intesta *L* 15 retractare *E* qua] quia *GO*, quae *E* ambitur *G* etiam *om. T* 16 iam *om. O* repetendam $G^a$, reputatum *E* 16/17 dat. prid. *(om. PMS)* id. (k. *EFPMS Iust. [Hal.]*) ian. treu. (triu. *TCP*, treberis *M*, tiberis *S*, triurum $N^*$) ual. ui (uii *O*, u *T Iuvt. [Hal.]*) et ual. ii *(om. GO)* aa. *libri* 18 et cr.] ac cr. *PMLS* et *om. G* possunt (post sunt *S*) . . . 19 criminales *om.* $G^a$ hae (haec *ELS*) causae *om. O* 19 ciuilis *O* criminales agantur] *GCS*, criminalis agatur *OPML* si] sic *L* 20 fuerit *om. G* primitus] prius *O* 23 fraude *CPMLS*

**heredis fortasse subpresserit, et id heres scriptus iudicio restitui petit, testamento per iudicium momenti beneficio restituto potest postmodum de subpresso testamento criminalem proponere actionem. Et reliquis similibus causis similis actio tribuetur.**

*VT.* — BREV. *(GOEFCPMLS).* — IVST. 9, 31, 1.

1 heredes *GE* suppresserint *GE* et id (si *E*) . . . 2 restituto] eo heredi per iudicium momenti restituto *O* iudicio] in i. *E* petet *PML* testamentum *G* 2 restitutum *GE* potest] p. etiam *C* 2/3 criminalis proponi actio *O* 3 et reliquis (actionibus uel *ins. O*) s. c. s. a. tribuetur (tribuatur *G*)] sic et de reliquis *O*

## XXI [= BREV. XVII]. DE FALSA MONETA.

*Iust.* 9, 24.

, 21, 1 (319 Mart. 18).

IMP. CONSTANTINVS A. AD VERINVM. Quicumque adulterina fecerit numismata, poenam pro discretione sexus et condicionis suae diversitate sustineat, hoc est ut, si decurio vel decurionis sit filius, exterminatus genitali solo ad quamcumque in longinquo positam civitatem sub perpetui exilii condicione mittatur ac super facultatibus eius ad nostram scientiam referatur; si plebeius, ut rebus amissis perpetuae damnationi dedatur; si servilis condicionis, ultimo supplicio subiugetur. DAT. ET PP. XV KAL. APRIL. CONSTANTINO A. V. ET LICINIO CAES. CONSS.

*VT*

1 Verinum] *vicarium Africae (cf. ad 2, 19, 1)* nomisma[ta] *T* 2 uel] uel si *T* 5 perpetuae] perpetuae metalli *Seeck* 6/7 dat. et pp *(sic T, acc. V)* xu *(om. T)* k. (id. *T*) april. const. a. u et licinio c̄ *libri: sed est potius a. 323—325 (vide ad 2, 19, 1)*

, 21, 2 (321 Nov. 20).

IDEM A. AD IANVARINVM. Quoniam nonnulli monetarii adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercent, cuncti cognoscant necessitatem sibi incumbere huiusmodi homines inquirendi, ut investigati tradantur iudiciis, facti conscios per tormenta ilico prodituri ac sic dignis suppliciis addicendi.
1 Accusatoribus etiam eorum immunitatem per-
mittimus, cuius modus, quoniam dispar ⌜census⌝
est, a nobis per singulos statuetur. || Servos
etiam, qui hoc detulerint, civitate Romana do-
namus, ut eorum domini pretium a fisco per-
2 cipiant. || Si quis autem militum huiusmodi
personam susceptam de custodia exire fecerit,
3 capite puniatur. Appellandi etiam privato
licentia denegetur; si vero miles aut promotus
⌜ huiusmodi crimen incurrerit, super eius nomine
4 et gradu ad ⌜nos⌝ referatur. || Si dominum
fundi vel domus conscium esse probabitur, de-
portari eum in insulam oportebit, cunctis eius
rebus protinus confiscandis; si vero eo ignaro
crimen commissum est, possessionem aut domum debet amittere, in qua id scelus admissum est. Actor fundi vel servus vel incola vel colonus, qui hoc ministerium praebuit,

| IVST. 9, 24, 1 | IVST. 7, 13, 2 |
| --- | --- |
| ⌜patrimonium⌝ ... ⌜ in gradu ⌜competentes iudices⌝ \|\| *fin. (sequuntur adnotata ad* 9, 21, 4*)* | \|\| Servi, qui monetarios adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes detulerint, civitate Romana donantur, ut eorum domini pretium a fisco percipiant \|\| *fin.* |

1 Ianuarinum] *mag. incertus (cf. 9, 34, 1)* adulterinam monetam] *Iust.*, adulterina moneta (mone.. *T*) *VT* 2 exercet *T* 4 digni *T* 8 qui de hoc detulerit *T* 9 praetium *T* 18 si *om. T* 19 commissum] *V*, admissum *T*

cum eo qui fecit supplicio capitali plectetur, nihilo minus fundo vel domo fisci viribus vindicanda. Quod si dominus ante ignorans, ut primum repperit, scelus prodidit perpetratum, minime possessio vel domus ipsius proscribtionis iniuriae subiacebit, sed auctorem ac ministrum poena capitalis excipiet. DAT. XII KAL. DEC. ROM(AE) CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

*VT.* — IVST. 7, 13, 2. 9, 24, 1.

3 iniuria *T* 4/5 dat. xii (*V, Iust. 7, 13, 2 [A]*, xu *Iust. 7, 13, 2 [PL] Iust. 9, 24, 1 [Hal. L]*, *def. T*) k. dec. rom. (cp *Iust. 9, 24, 1 [Hal. L]*) | crispo ii et constantino ii cc (crispo et constantino cc. ii *T*) *libri*

VIIII, 21, 3 (326 Iul. 6).

IDEM A. AD ˹TERTVLLVM˺ PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Si quis nummum falsa fusione formaverit, universas eius facultates fisco ┌ addici praecipimus, ˹atque ipsum severitate legitima cohercerci˺, ˹ut in monetis tantum nostris cudendae pecuniae studium frequentetur˺. DAT. PRID. NON. IVL. MED(IOLANO) CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

IVST.
˹Tertullianum˺
┌ nostro
˹atque . . . coerceri˺ *om.*
˹in mon. etenim t. n. c. p. st. frequentari volumus, cuius obnoxii maiestatis crimen committunt˺ (*cf. adnotata ad 9, 21, 9; sequuntur adnotata ad 9, 21, 5*)

*VT.* — IVST. 9, 24, 2.

1/2 proc. africae] p̄u afric *V*, p̄p *Iust.* 2 formauerit] *Vrec. T Iust.*, firmauerit *V* 4/5 cohercerl] *sic VT*

VIIII, 21, 4 (329 Mai. 4).

IDEM A. HELPIDIO. ˹Pridem statutum fuit, ut, si ignorante quoque domino in fundo eius vel domo figuratus clam nummus cuderetur, sedem flagitii suo fiscus dominio vindicaret. Nunc discretionem fieri placet, ut˺, si dominus in proximo constitutus sit, cuius incuria vel neglegentia punienda est, ˹praeceptum prius valeat˺, sin vero longissime ab ea domo vel possessione afuerit, nullum sustineat detrimentum.
1 ┌ Viduas autem ac pupillos speciali dignos indulgentia credidimus, ut viduae nec in proximo constitutae domo sua vel possessione careant, si nulla aput ipsas tam gravis conscientiae noxa resideat, ˹pupilli˺ vero etiam si conscii fuerint, nullum sustineant detrimentum, quia aetas eorum, ˹si tamen fuerint inpuberes˺, quid videat ignorat. Tutores tamen eorum si in proximo sint, quoniam ignorare eos, quid in

IVST. 9, 24, 1
(*praecedit Th. 9, 21, 2*)
Pridem . . . placet ut] Domus vero vel fundus, in quo haec perpetrata sunt

praec. prius valeat] etsi ignoret, fisco vindicetur, nisi dominus ante ignorans ut primus reppererit, scelus prodiderit perpetratum: tunc enim possessio vel domus ipsius proscriptionis iniuriae minime subiacebit

┌ actore videlicet fundi vel servis vel incolis vel colonis qui hoc ministerium praebuerunt cum eo qui fecit supplicio capitali plectendis

˹impuberes˺

˹si t. f. impuberes˺ *om.*

1 Helpidio] *fortasse* agenti uicem praefectorum 3 domi•• eius *T* 14 indulgentiam *V* | 23 eos quis in] e••|in *T*

| | |
|---|---|
| re pupilli geritur, non oportet, haec poena expectabit, ut ˹ex˺ rebus eorum, si idonei fuerint, tantum fisco inferatur, quantum ˹pupillo fuerat auferendum˺. ‖ Quibus ita | ˹de˺ <br> ˹a pupillo f. inferendum˺ *fin.* |

emendatis in omnibus capitulis lex pridem lata servabitur. DAT. IIII NON. MAI. CONSTANTINO A. VIII ET CONSTANTIO IIII CONSS.

*VT.* — IVST. 9, 24, 1.

6 in *om. V* iiii *om. T*

II, 21, 5 [= BREV. VIIII, 17, 1] (343 Febr. 18).

IMP. CONSTANTIVS A. LEONTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. ˹Praemio˺ [˹et praemio˺ IVST.] accusatoribus proposito quicumque solidorum adulter potuerit repperiri vel a quoquam fuerit publicatus, ilico omni dilatione submota flammarum exustionibus mancipetur. DAT. XII KAL. MART. ANTIOCHIAE PLACIDO ET ROMVLO CONSS.

INTERPRETATIO. Praemium accipiat, quicumque adulterum monetarium prodiderit et is qui proditus est, si de monetae adulteratione convictus fuerit, ignibus concremetur.

*VT.* — BREV. *(GO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 24, 2 *(praecedit Th. 9, 21, 3).*

1 constantinus *GOE* ppo] praeposito *PML*, pfu $G^a$, pfo $G^b$ 2 sol. adulter (adulterum *Pith.*, adulterium *G*, alter *S*)] a. s. *O* poterit *Iust.* repperiri] *sic TV*, repperire $E^t$, inueniri *G*, inuenire $E^v$ *Pith.* quoquam] quodam $G^t$ 3 publicatum *ECPMLS* 3/4 dat. xii (xui *PM*, uiii *S*) k. mart. ant. (anthioc̄ *T*) placido (placedo *G*) et romulo (rūm *M*, rufino *S*) *libri* 6 si] et si *E* conuinctus *L*

II, 21, 6 (349 Febr. 12).

IDEM A. LIMENIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Comperimus nonnullos flaturarios maiorinam pecuniam non minus criminose quam crebre separato argento ab aere purgare. Si quis igitur post haec fuerit in hac machinatione deprehensus, capitaliter se fecisse cognoscat, verum et eos, qui domum agrumque praebuerint, relatis in largitionibus facultatibus esse plectendos: nostra scilicet super eorum nominibus edocenda clementia. P(RO)P(OSITA) PRID. ID. FEB. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

*VT [finit* 1 mai. . .*].*

1 fraturarios *T*

II, 21, 7 (369 Mart. 11).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD ARCHELAVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quidquid ex auro hominum privatorum in monetis publicis reppereris figuratum, id omne nostris scias largitionibus vindicandum, si quidem ipse se dignum condemnatione iudicavit, quisquis aurum proprium non coactus monetis fiscalibus sponte credidit inferendum. DAT. V ID. MAR. MARCIANOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO N. P. ET VICTORE CONSS.

*V*

1/2 com. s. l.] *cf. ad 4, 13, 6*

II, 21, 8 (374 Mai. 21).

IDEM AAA. TATIANO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Solitae moderationis arbitrio superiorem sententiam mitigamus, qua omne aurum, quod a privatis pro figuratione monetis dicebatur inlatum, fisci iusseramus commodis vindicari, ut pro omni summa, quae

brevibus tenetur inserta, binae per singulas libras omissa frustratione unciae conferantur. DAT. XII KAL. IVN. ANTIOCHIAE GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

*V*

VIIII, 21, 9 (389 Iun. 27).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. HAVE TATIANE K(ARISSIME) N(O)B(IS). Falsae monetae rei, quos vulgo paracharactas vocant, maiestatis crimine tenentur obnoxii. DAT. V KAL. IVL. CONSTANTINOP(OLI) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

*V.* — Cf. IVST. 9, 24, 2 *et inde adnotata ad 9, 21, 3.*

1 haue] *V rec.*, habe *V* 2 *scr.* crimini tenentur] $V^2$, tentur $V^1$, teneantur *Gothofredus* | 3 constantinopoli] *eo tempore Theodosius fuit Romae*

VIIII, 21, 10 (393 Iul. 12).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis super cudendo aere vel rescribto aliquo vel etiam adnotatione nostra sibi eripuerit facultatem, non solum fructum propriae petitionis amittat, verum etiam poenam quam meretur excipiat. DAT. IIII ID. IVL. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVND(ANTIO) CONSS.

*VT [incipit 2 solum].* — IVST. 9, 24, 3.

2 eripuerit] *V Iust. (C)*, arripuerit *Iust (LR)* 3 iiii] *V*, iii *Iust. (L), deficit T*

## XXII [= BREV. XVIII]. SI QVIS SOLIDI CIRCVLVM EXTERIOREM INCIDERIT VEL ADVLTERATVM IN VENDENDO SVBIECERIT.

si q. s. circ. exteriorem (-re $G^a$, ext. circ. *G*) inc. uel (ul *G*) ad. in uendendo (-dum *C*, uidendo *E*, ueniendo $G^a$) subiecerit] si falsam monetam subiecerit *O*

VIIII, 22, 1 [= BREV. VIIII, 18, 1] (317 [c. a. 343?] Iul. 26).

IMP. CONSTANTINVS A. LEONTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes solidi, in quibus nostri vultus ac veneratio una est, uno pretio aestimandi sunt atque vendendi, quamquam diversa formae mensura sit. Nec enim qui maiore habitu faciei extenditur, maioris est pretii aut qui angustiore expressione concluditur, minoris valere credendus est, cum pondus idem existat. Quod si quis aliter fecerit, aut capite puniri debet aut flammis tradi vel alia poena mortifera. Quod ille etiam patietur, qui mensuram circuli exterioris adroserit, ut ponderis minuat quantitatem, vel figuratum solidum adultera imitatione in vendendo subiecerit. DAT. VII KAL. AVG. GALLICANO ET BASSO CONSS.

1 imp. const. a.] idem aug. *O: potius Constantii* leontio ppo (pfu $G^a$, pfo $G^b$)] eidem preposito *O* in *om. PMLS* 2 ac *om. O probabiliter* existimandi *G* atq. uend. sunt *E* 2/3 diuersae *GO* 3 mensura] uentura $G^tE^v$ enim] en $M^a$ maior *E Pith.* habitu] ambitu *OE* faciei] facie *E*, faciendi *G* extenditur] tenditur *PMLS*, tendetur *C* maior *G* 4 minoribus $G^t$, minus $G^v$ ualere] *brev.*, habere *V*, ∗∗∗∗ri *T* cum] quam $E^t$ 5 quod] quos $G^a$, quo $G^b$, *om. O* aliter fecerit] aliquid defecerit *G* punire *L* 5 aut fl. tradi *collocandum ante* aut capite 6 poena mortifera quod (quo *V*, quam $G^v$)] poena mortiferata ut *S*, plena morte ferat ut *PML* et ille *O* 6/7 adroserit] *VTGO^tEC*, abraserit *PMLS*, adraserit *Pith.*, arraserit $O^v$ 7 adulterae *GC*, adulteram *E* emendationi *G*, emendationem *E* 8 dat. uii (ui *G*, *om. PM*) k. aug. (iun. *G*) gall. et basso *libri: sed collatis reliquis ad Leontium datis magis est ut sit Constantii data c. a. 343*

INTERPRETATIO. Quicumque solidum circumciderit, adulterum subposuerit aut falsam monetam fecerit, capite punietur.

---

*VT.* — BREV. *(GO[om. int.]ECPMLS).* — Cf. LEX VISIGOTH. (Recessuindi) 7, 6, 2.

1 adulterum] aut a. *S edd.* 10 puniatur *GE*

## XXIII. SI QVIS PECVNIAS CONFLAVERIT VEL MERCANDI CAVSA TRANSTVLERIT AVT VETITAS CONTRECTAVERIT.

II, 23, 1 (356 [352] Mart. 8).

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CAES. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quicumque vel conflare pecunias vel ad diversa vendendi causa transferre detegitur, sacrilegii sententiam subeat et capite plectatur. Portus enim litoraque diversa, quo facilior esse navibus consuevit accessus, et itineris tramites statuimus custodiri per idoneos officiales ac praepositos a praesidibus et nonnullis praeditis dignitate, ut cognita veritate provinciarum rectores obnoxios legibus puniant. Officia quoque inmenso periculo subiacebunt.
1 Nec vero aliquis negotiatorum plus mille follibus pecuniae in usu publico constitutae animalibus propriis sumptuum gratia portare debebit. Aut si ampliorem modum quisquam vehere detegatur, facultates eius fisci dominio vindicentur et ipse adficiatur exilio.
2 Nam pecunias navibus vectas non omnes iudicamus mercatores debere promere, quippe in usu tantum publico pecunias constitutas permittimus convehi itidemque eas solas species emi, quae mercatoribus more sollemni ad diversa portantur. Pecunias vero nulli emere omnino fas erit nec vetitas contrectare, quia in usu publico constitutas pretium
3 oportet esse, non mercem. Placet denique, ut, si quis forsitan nummus praeter eum, qui in usu publico perseverat, aput aliquem mercatorem fuerit inventus, fisci dominio cum omnibus delinquentis facultatibus vindicetur. Et si forte cum mercibus ad quascumque provincias venerint naves, cuncta solita licentia mercabuntur praeter pecunias, quas more solito maiorinas vel centenionales communes appellant, vel ceteras, quas vetitas esse cognoscunt. ACC. VIII ID. MAR. CONSTANTINA CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. CONSS.

---

*VT [finit* 3 facilior*]. — Summarium cod. Vaticani hoc est descriptum diligenter ab Huelseno:* praecipit duas res (duas res *librarius postea scripsit supra* praecipit), ut neque pecunias vendendi c̄ in alienis ab aliquo conflentur proū ēt ut sit custodia itinerum vel litorum, ut nulli viatori liceat amplius a mille follibus portare neque centenales nummos vel maiorinas: quod si qui inventus fuerit, confiscatis rebus eius capite puniatur. Altero capite naves iubet pro commercio tantum entecae portare pecunias (*cf. schol. ad 9, 42, 7:* enthicis] pecunia ad commercium data); aliae vero quae plus ab entecis hebeant (= evehant), proibeantur. Haec lex a Papiani res(ponsis) *[nota* ℎ = res *passim usurpatur in scholiis his]* descendit.

1 constantius] constantinus *VT* iulianus] *immo* constantius, *vide infra ad subscr.* 2/3 sententia *V* 7 puplico *V*¹ 19 *anno 356 cum constet Taurum obtinuisse praefecturam praetorio per Italiam et Africam, probabile est tam inscriptionem quam subscriptionem similiter corruptam esse, ut factum esse vidimus ad 2, 9, 1, et scribendum:* imp. Constantius A. et *(Constantius)* C. ad Rufinum ppo — Constantio A. V et *(Constantio)* C. conss.

---

II, 23, 2 (395 Apr. 12).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. DEXTRO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Centenionalem tantum nummum in conversatione publica tractari praecipimus maioris pecuniae figuratione

**submota. Nullus igitur decargyrum nummum alio audeat commutare, sciens fisco eandem pecuniam vindicandam, quae in publica potuerit conversatione deprehendi.** DAT. PRID. ID. APRIL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROB(INO) CONSS.

---

*VT [incipit* 475, 1 impp.*]*.

2 cone(*vel* u)ruatione $T^{a}$ depraehendi *T*

## XXIIII [= BREV. XVIIII]. DE RAPTV VIRGINVM VEL VIDVARVM.

de rapto *E*, de raptibus *G* uirg. uel uid.] feminarum *O*. — *Iust.* 9, 13 de r. u. seu viduarum nec non sanctimonialium

VIIII, 24, 1 [= BREV. VIIII, 19, 1] (320 Apr. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. Si quis nihil cum parentibus puellae ante depectus invitam eam rapuerit vel volentem abduxerit patrocinium ex eius responsione sperans, quam propter vitium levitatis et sexus mobilitatem atque consili a postulationibus et testimoniis omnibusque rebus iudiciariis antiqui penitus arcuerunt, nihil ei secundum ius vetus prosit puellae responsio, sed ipsa puella potius societate criminis obligetur.
1 Et quoniam parentum saepe custodiae nutricum fabulis et pravis suasionibus deluduntur, his primum, quarum detestabile ministerium fuisse arguitur redemptique discursus, poena immineat, ut eis meatus oris et faucium, qui nefaria hortamenta protulerit, liquentis plumbi ingestione claudatur.
2 Et si voluntatis adsensio detegitur in virgine, eadem qua raptor severitate plectatur, cum neque his impunitas praestanda sit, quae rapiuntur invitae, cum et domi se usque ad coniunctionis diem servare potuerint et, si fores raptoris frangerentur audacia, vicinorum opem clamoribus quaerere seque omnibus tueri conatibus. Sed his poenam leviorem inponimus, solamque eis parentum negari successionem praecipimus.
3 Raptor autem indubitate convictus si appellare voluerit, minime audiatur.
4 || Si quis vero servus raptus facinus dissimulatione praeteritum aut pactione transmissum detulerit in publicum, Latinitate donetur aut, si Latinus sit, civis fiat Romanus:- || parentibus, quorum maxime vindicta intererat, si patientiam praebuerint ac dolorem conpresserint, deportatione plectendis.

|| Si quis servus raptus virginis facinus dissimulatione praeteritum aut pactione transmissum detulerit in publicum, libertate donetur. || IVST.

---

1 ad] a *L* 1/2 depactus *GC* 2 inuita *L* eam] meam $G^{a}$, ea *S* uolentem] uiolenter eam *G* aduxerit $M^{a}$, adduxerit *GE* patrocinio *L* 3 mobilitatem (u[?]obilitatem *T*, mouilitate *PMLS*) a. consili a (consilii a *T*, consilio *G*)] consiliique mobilitatem *O* postulationis *EC* 4 testimonio $G^{b}$, testimonium $G^{a}$ omnibusque] $V^{2}$*TGOC*, omnibus $V^{1}$*PMLS* iudicariis *C* paenitus $VT^{a}$ arcuerunt] *T*, arguerunt *V brev.* ei (eis *G*, enim *S*) secundum] eisdem *T* 5 puella *om. O* alligetur *PMLS* 6 quoniam] quod *L* saepe *(om.* $E^{a}$*)* cust.] c. s. *O* deludentur *PML* his] hisqui *G* 7 quorum $OE^{a}$ detestabile] *V (m. rec.) et reliqui*, detestabilem $V^{1}$*EL* misterium *L* arguitur] $TGE^{v}$, arguetur *OPMLS Pith.*, argui *C*, arguimus *V*, arguerit $E^{t}$ redemptique] temptique *G* discussi *GC*, decursus *Pith.* 7/8 imminoat ut] inmineant $T^{a}$, inmineat $T^{b}$, inmi.... (?) $E^{v}$ 8 et] ex *E* qui] que *O* protulerit] $VC^{b}$, protulerint $TOEC^{a}$*PMLS*, protulerunt *G* 9 ingessione *C*, ingressione *E* claudantur *PMLS* uirginem $GOM^{a}$(?) qua] qui *S* 10 hiis *C* inpunitas *T*, inpunitio *G* quae] que *T*, qui $G^{a}$ 11 domi se usque] domus eiusque *E*, domi reosque *Pith.* coniunctiones $G^{a}$ seruare] segregare *G*, *post* domi se *O* fores] forte *PMLS* 11/12 raptoris (raptores *EGS*) frangerentur (effrangerent *G*) aud.] a. fr. r. *O* 12 quaerere] que rerum $E^{t}$ seque (sed quae *E*) omnibus] omnibusque se *O* tuere *G* sed *om. G* 13 solaque *L* his *E* eius parentium $G^{a}$ denegari *G* praecepimus $L^{a}$ 14 raptor] si raptor *E* indubitate] in dubietate $E^{b}$*PMS*, indubitanter *G Pith.* coniunctus *G* 16 raptum *E* 17 actione $E^{t}$ 18 latinitati *PMS* aut si] ausi *L* ciues *E* 19 uindicata *H* 20 intererat] intererant *PMLS*, intereat $HG^{v}$, intercurrat $G^{t}$ si *om.* $E^{a}$ tribuerint $G^{t}$ ac dolorem] haec dolore *G* conprehenserint *G*

5 Participes etiam et ministros raptoris citra discretionem sexus eadem poena praecipimus subiugari, et si quis inter haec ministeria servilis condicionis fuerit deprehensus, citra sexus discretionem eum concremari iubemus. DAT. KAL. APRIL. AQVIL(EIAE) CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTIO C. CONSS.

INTERPRETATIO. Si cum parentibus puellae nihil quisquam ante definiat, ut eam suo debeat coniugio sociare, et eam vel invitam rapuerit vel volentem, si raptori puella consentiat, pariter puniantur. Si quis vero ex amicis vel familia aut fortasse nutrices puellae consilium raptus dederint, aut oportunitatem praebuerint rapiendi, liquefactum plumbum in faucibus et in ore suscipiant, ut merito illa pars corporis concludatur, de qua ortamenta sceleris ministrata noscuntur. Illae vero, quae rapiuntur invitae, quae non vocibus suis de raptore clamaverint, ut vicinorum vel parentum solacio adiutae liberari possent, parentum suorum eis successio denegetur. Raptori convicto appellare non liceat, sed statim inter ipsa discussionis initia a iudice puniatur. Quod si fortasse raptor cum puellae parentibus paciscatur et raptus ultio parentum silentio fuerit praetermissa, si servus ista detulerit, Latinam percipiat libertatem, si Latinus fuerit, civis fiat Romanus. Parentes vero, qui raptori in ea parte consenserint, exilio deputentur. Qui vero raptori solacia praebuerint, sive viri sive feminae sint, ignibus concrementur.

*VT [finit* 376, 11 coniunctionis d . .*].* — BREV. *(H[redit* 476, 16 seruus*)GO[om. int.] ECPMLS).* — IVST. 7, 13, 3. — BVRG. R. 9, 1. 2. 3 cf. G. 9, 5: Romana puella, si sine parentum suorum voluntate . . . se Burgundionis coniugio sociaverit, nihil se de parentum facultate noverit habituram. — THEODERICVS 17—19.

1 participis $LS^a$ raptores *GE*, raptori *H*, rectoris *S* cetera $G^t$ discriptionem (-ne $G^t$) $G^tE^t$ poenam $G^a$ 1/2 praecipimus (praecepimus *L*) subiugari] s. pr. *O* 2 depraehensus *V* 2/3 citra (cetera $G^t$) s. discretionem (-ne *PML*, discritionem *E*, discriptionem $G^t$, disciptione $G^v$) eum *om. O* 3 concremare $L^a$, cremari *G* iubemus *om. O probabiliter* 3/4 dat. (prid. *ins. Iust.*) k. apr. (iun. *PM*) aquil. *(om. G)* constantino (constancio *G*) a. *(om. GE)* ui (ii *C*, *om. GE*) et constantino (*sic G Iust.*, constantio *VEC*, constante $HN^*OGPMS$) c̄ (*sic VC*, aug. $N^*$, *om. HOGE PMS) libri* 5 quisquam nihil *E* ante] aliud $GE^v$ *Pith. [ex 2)*, alium ante *S* 6 sociari *G* uel inuitam] inu. *PMLS* uolentem] u. adduxerit *H*, uiolenter *G* consenserit *HE* 7 qui *HC* uel] aut *edd.* nutricis *PML* consilio $P^aML$ 8 raptos *L* et] aut *H* 9 ore] horem *L* 10 illa $E^aL$ quae rap.] qui rap. *L* inuitae . . . 12 denegetur *om. C* de raptu (-tum *L*) reclamauerint *HPML* 11 adiuta *E* possint *GL*, possit *HE* ei *HE* 12 appellari *GPML* discursionis *PM* 13 cum *om. L* par. puell. *G* 14 praet. fuer. *G* ista] sta *H*, ita *G* recipiat *S* 15 ciues *EC* in exilio *G* 16 solacium *G* praebuerunt *E* uir *E*

III, 24, 2 (349 Nov. 12).

IMP. CONSTANTIVS A. AD TATIANVM. Quamvis legis prioris extet auctoritas, qua inclytus pater noster contra raptores atrocissime iusserat vindicari, tamen nos tantummodo capitalem poenam constituimus, videlicet ne sub specie atrocioris iudicii aliqua in ulciscendo crimine dilatio nasceretur. In audaciam vero servilem dispari supplicio mensura legum inpendenda est, ut perurendi subiciantur ignibus, nisi a tanto facinore saltem poenarum acerbitate revocentur. DAT. II ID. NOV. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

*V.* — Cf. THEODERICVS 61.

1 Tatianum] *mag. incertus: de Titiano hoc anno p̄p̄o cogitavit Gothofredus* 6 aceruitate *V*

II, 24, 3 [= BREV. VIIII, 19, 2] (374 Nov. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRAT(IANVS) AAA. AD MAXIMINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui coniugium raptus scelere contractum voluerit accusare, sive propriae familiae dedecus eum moverit seu commune odium delictorum, inter ipsa statim exordia insignem

1 ualent. ualens et grat.] *sic H*, ualens grat. et ualentinianus *VECPMS*, ualent. grat. et ualens *GL*, grat. et ualent. *O* maximinum] *V recte (cf. ad 9, 19, 4)*, maximum *brev.* 1/2 p̄p̄o] pfu *GC*, ppm̄ *E* 2 scelere] scelus *H* 3 deditus *L*, decumus *C*, discussus *E* eum mouerit] commouerit *G* siue *G* commune odium] communio domini *C* ipsam *L* insignium $G^v$

**recenti flagitio vexet audaciam. Sed si quo casu quis vel accusationem differat vel reatum et opprimi e vestigio atrociter commissa nequiverint, ad persecutionem criminis ex die sceleris admissi quinquennii tribuimus facultatem. Quo sine metu interpellationis et complemento accusationis exacto nulli deinceps copia patebit arguendi nec de coniugio aut subole disputandi.** DAT. XVIII KAL. DEC. GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

INTERPRETATIO. **Si accusationem raptus vel per metum vel per voluntatem per quinquennium quisque distulerit, a die raptus expleto quinquennio accusandi ultra non habeat potestatem, sed post quinquennium nec de tali coniunctione raptoribus aliquit opponatur et filii omnes legitimi habeantur.**

---

*V.* — BREV. *(HGO[om. int.]EXCPMLS).* — BVRG. R. 9, 24, 3. — THEODERICVS 20.

1 uexit *EPMLS Pith.* audacia *GEPMS* quo (quod *L*) casu] occasu *G* uel *om. O* 1/2 uel reatum *om. O* 2 opprimere *G*ᵇ, opprimii *E* e] et *E* nequiuerit *GE* ad] a *EPML* persecutione *EL* 3 tribuemus *PML* quo] *VHO*, quod *GECPMLS* sine] si *E* 4 complementa *E* copiam *L*, contra *O* 5 aut subole] auctae (autae *L*ᵃ, actae *M*ᵃ*L*ᵇ) subolis *PMLS* dat. xuiii (xuiiii *G*, uiii *E*) k. dec. grat. a. *(om. GE)* iii (iiii *H*, *om. GE*) et equitio (aetio *PMS*) *libri* 6 uoluntate *L* 7 quisquam *EC* ultra] *HGEX*, ultro *PMLS*, amplius *C* 8 de *om. E* coniunctionem *E*

# XXV [= BREV. XX]. DE RAPTV VEL MATRIMONIO SANCTIMONIALIVM VIRGINVM VEL VIDVARVM.

xxu] xu *V*¹ rapto *EPML* uel (de *ins. GPML*) m. sanctimonialium (sanctaemon- *L*) uirg. uel (et *CPML*) uid.] sanctimonialium *O.* — *Iust.* 9, 13 *(vide ad* 9, 24 *rubr.)*

VIIII, 25, 1 [= BREV. VIIII, 20, 1] (354 Sept. 22).

IMP. CONSTANTIVS A. AD ORFITVM. Eadem utrumque raptorem severitas feriat nec sit ulla discretio inter eum, qui pudorem virginum sacrosanctarum et castimoniam viduae labefactare scelerosi raptus acerbitate detegitur. Nec ullus sibi ex posteriore consensu valeat raptae blandiri. DAT. XI KAL. SEPTEMB. CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTE C. CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque vel sacratam deo virginem vel viduam fortasse rapuerit, si postea eis de coniunctione convenerit, pariter puniantur.

---

*V.* — BREV. *(HN*GO[om. int.]ECPMLS).*

1 constantinus *HGECLS* ā *om. O* Orfitum] *praefectum urbi* 2 sacrum sanctarum *L* castimonia *HG*ᵗ*ECPMLS Pith. (ex 2)*, sanctimonia *G*ᵛ 3 labefactacre *V*¹ scelerosi] *HGOEC*, sceloros *V*¹, scelerosa *V*²*PMLS* aceruitate *V*¹ illus *L*, ullum *E* posteriori *G* 3/4 consensu (-sum *E*) ual. raptae (rapta *S*)] r. c. u. *O* 4 dat. xi (x *O*) k. sept. (feb. *Pith.*) constantio (constantino *N*GOEPM*) ā *(om. VS)* uii (ui *G*) et constante (-tio *PM*) c̄ *(sic VOC, om. N*GEPMS) libri. Subscriptionem firmat laterculus praefectorum.* 5 uel sacr.] sacr. *PMLS* deo] domino *C* 6 conuenerint *G*

---

VIIII, 25, 2 [= BREV. VIIII, 20, 2] (364 Febr. 19).

IMP. IOVIANVS A. AD SECVNDVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis non dicam rapere, sed ˹vel attemptare˺ matrimonii iungendi causa

IVST. ˹att. tantum˺

---

1 secundum] senatum *Pith.* pfu *GC*, ppm *E* 2 sed] *brev. Iust.*, *om. V* uel *om. GE* matrimonium *G*ᵃ, in matrimonium *G*ᵇ, matrimonio *Pith.* iundi *H*ᵃ causa] causam (-sa *G*ᵇ) quod si *G*

sacratas virgines ⸢vel viduas⸣ ausus fuerit, capitali ⸢sententia⸣ ferietur. | ⸢ ⸣ *om.* | ⸢poena⸣
DAT. XI KAL. MAR. ANTIOCHIAE IOVIANO A. ET VARRONIANO CONSS.

Haec lex expositione non indiget.

*V.* — BREV. *(HGOEXCPMLS).* — IVST. 1, 3, 5. — BVRG. 9, 4.

1 sacras *E* uel uiduas] *O*, uel inuitas *VHG EPMS*, uolentes uel inuitas *XC*, uel uiduas uolentes uel inuitas *L*, *om. Iust.* sententia ferietur (feriatur *GOS*)] *citat constitutionem lex Romana Burgundionum tit. 9, 4 sic:* Quod si devota deo puella raptor abduxerit et (r. a. et *Ott. 7277*, de coniunctione viri *deteriores*) illa consenserit, filii ex *(om. dett.)* tali condicione (contubernio *dett.*) nati punitis his secundum (iuxta *dett.*) legem Theudosiani ad Secundum praefectum praetorii (praeter *Ott.*, urbis *dett.*) data qui (si *ins. dett.*) taliter coniunxerint (-rant *dett.*) in hereditate non succedent (veniant *dett.*), quibus etiam (si *ins. dett.*) principali beneficio praestatur (praestitur *vel* praestetur *dett.*) vita *(sic Ott.*, vitatur *dett.)*, filios in potestate *(sic Ott.*, filios legitimos *dett.)* habere non possunt nec eorum hereditate (successione *dett.*) quoquomodo *(sic Ott.*, non potunt *dett.*) vindicare, sed facultas ipsa proximis parentibus adquirenda. *Conveniunt haec cum supra relatis, modo verba* punitis his *referas, ut oportet, ad parentes. Eadem autem librarius Theodosiani L eiusve archetypi cum de filiis acciperet, post verba* sententia ferietur *interpolavit haec:* filii ex tali contubernio nati punitis his iuxta legem in hereditatem non veniant, quibus etiamsi principali beneficio praestetur vitatur *(sic* $L^a$, vetetur $L^b$*)* et facultas eorum proximis heredibus adquirendam. *Ea pro genuinis haberi potuisse eo magis mirum est, quod evidenter apparet adhibitum esse ab interpolatore exemplar legis Burgundionum ex deterioribus aliquod* 2 dat. xi (xu *G*) k. mart. ant. iou. a *(om. GECS Iust.)* et uarroniano *libri* 3 haec (ista *E*) l. expositione (-nem *PM*, interp̄ *HE*) non indiget (eget *CS*, egit *E*)] *sic P (char. div.) et reliqui, om. G*

VIIII, 25, 3 (420 Mart. 8).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Si quis dicatam deo virginem prodigus sui raptor ambierit, publicatis bonis deportatione plectatur, cunctis accusationis huius licentia absque metu delationis indulta. Neque enim exigi convenit proditorem, quem pro pudicitia religionis invitat humanitas. DAT. VIII ID. MART. RAV(ENNAE) THEOD(OSIO) A. VIIII ET CONSTANTIO III V. C. CONSS.

*V.* — SIRM. 10 integra.

1/2 si quis dicatam] quisquis dedicatam *Sirm.* 2 deportatione] $V^{rec}$, deuortatione *V* | 3 licentiae $V^1$ enim *om. Sirm.* 5 iii] ii *V*

## XXVI. AD LEGEM IVLIAM DE AMBITV.

*Iust.* 9. 26.

VIIII, 26, 1 (397 Febr. 16).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD CAESARIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis ad inlustrem palatii nostri ambierit dignitatem atque ad eos honores ascendere ambitione temptaverit, qui non nisi probatis nobis viris nostro iudicio deferuntur, cuiuslibet ille sit loci ordinis dignitatis, amissis bonis et fisco nostro protinus vindicatis deportationis multetur exilio. Neque aliud inter coeptum ambitum atque perfectum esse arbitretur, cum pari sorte leges scelus quam sceleris puniant voluntatem. DAT. XIIII KAL. MAR. CONSTANTINOP(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*V*

4/5 multetur] ..ltetur $V^a$

VIIII, 26, 2 (400 Mai.(?) 31)

IDEM AA. POMPEIANO P(RO)C(ONSVLI) AFRIC(AE). Nullus omnino principatum ⌈ ˹ceteraque˺ officia repetere audeat, cum publicae disciplinae semel gesta sufficiant, ac si quispiam promotorum denuo ad ˹id˺ munus ⌈ inrepserit, quod docebitur ante gessisse ‖ affectus gravissimis suppliciis poenam deportationis excipiat, ita ut primates officii, quorum interest ambientibus obviare, hanc propositam poenam non dubitent. DAT. PRID. KAL. IVN. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

IVST.
⌈ vel numeratum seu commentariensis gradum | ˹vel cetera˺
˹ ˺ *om.* | ⌈ etiam per sacras litteras
‖ *fin.* *(sequitur 9, 26, 3)*

*V.* — IVST. 9, 26, 1.

1 proconsuli] pū *V*, *om. Iust.* 5/6 ante docebitur *Iust.* iun.] iul. *Iust.* *(Hal. L)*

VIIII, 26, 3 (408 Mai. 30).

IDEM AA. ET THEOD(OSIVS) A. STRATEGIO VIC(ARIO) AFRIC(AE). Non absque publicae dilacerationis incommodo officia peracta repetuntur. Quare huius praecepti auctoritate censemus, ut ad eadem rursus officia subrepticiis nemo supplicationibus admittatur, sed ‖ cassatis quae hoc modo sunt impetrata ad solutionem debiti primitus ˹artentur˺ et qui contra fecerint poenam ˹in futurum˺ deportationis ⌈ excipiant. DAT. III KAL. IVN. RAV(ENNAE) THEODOSIO A. I ET RVMORIDO CONSS.

IVST.
‖ *inc.* *(praecedit Th. 9, 26, 1)*
˹artetur˺
˹ ˺ *om.* | ⌈ ad instar legis Iuliae ambitus

*V.* — IVST. 9, 26, 1.

5 ad *om.* *V*

VIIII, 26, 4 (416 Mart. 15).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis proconsularem aut vicariam potestatem vel consularitatis fasces aut vexilla praesidalia atque in discussionibus comitivas vel officia principatus contra definitionem nostram iterare temptaverit, fisco eius omne patrimonium sociari decernimus. DAT. ID. MART. RAV(ENNAE) D. N. THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO V. C. CONSS.

*V*

2 aut uex.] a.t uex. *V* 3 itirare *V*

## XXVII [= BREV. XXI]. AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM.

[ad lege]m iuliam [rep]e[tun]darum *V*, ad l. i. repetundarum *G*, de repetundarum *(rel. om.)* *O*. — *Iust.* 9, 27.

VIIII, 27, 1 [= BREV. VIIII, 21, 1] (380 Ian. 15).

IMPPP. GRATIANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Iudices, qui se furtis et sceleribus fuerint maculasse convicti, ablatis codicillorum insignibus et honore exuti inter pessimos quosque et plebeios habeantur. Nec sibi posthac de

1 impp. grati *evanuit in V* et *om. O* neoterio] *OS*, neotherio *VC*, neutherio *P*, neuterio *HGEML* 2 se] si *E* et (e *L*) sceleribus *om. H* fuerint (uoluerint *PMLS*) maculasse (conmaculasse *H*)] m. f. *O* coniuncti *L* 2/3 insignibus et] *VHGC Iust.*, insignibus *O*, insignibusque (-queo *L*) *PMLS* 3 quoque *HC Pith.* sibi] si *C* posthanc de *G*, post hanc diem *E*

eo honore blandiantur, quo se ipsi indignos iudicaverunt. DAT. XVIII KAL. FEB. THESSAL(ONICAE) GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

Ista lex tam evidens est, ut expositione non egeat.

---

*V.* — BREV. (*HGOECPMLS*). — IVST. 12, 1, 12.

1 eo *om. OPMLS* plandiantur *C* quo] quod *G*, quos *CS* ipsos *GC Pith.* 1/2 dat. xuiii (xuii *O*, xu *G*) k. feb. thess. grat. (a. *ins. H*) u et theod. i (*sic VHGOES, om. N*[a]*CPM*) aa. *libri* 3 ista (sta *H*) l. t. e. est ut expositione (-nem *EPM*, interpretatione *C*) non egeat (indigeat *L*, indiget *H*, egit *E*) *P* (*char. div.*) *HGOECLMS*

---

I, 27, 2 (380 Iun. 17).

IDEM AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ii, qui in re publica versati sinisterius sunt, perpetuo sibi omnes dignitates vel legitimas vel honorarias sciant esse praeclusas. Quocirca iubemus, ut inlustris magnificentia tua nullum omnino, qui superiore tempore male usae administrationis crimen excepit, ad provincias patiatur accedere, sed de his ad nos referat. DAT. XV KAL. IVL. THESSAL(ONICA) GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS.

---

*V.* — THEODERICVS 3.

1 idem a *evanuerunt in V* hii *V* 2 legimas *V*¹ 4 malae *V*

---

I, 27, 3 (382 Iun. 12).

IDEM AAA. MATRONIANO DVCI ET PRAESIDI SARDINIAE. Ut unius poena metus possit esse multorum, ⸢Natalem quondam ducem sub custodia protectorum ad provinciam quam nudaverat⸣ ire praecipimus, ut non solum quod eius non dicam domesticus, sed manipularius et minister accepit, verum etiam quod ipse a provincialibus nostris rapuit ⸢ac⸣ sustulit, in quadruplum invitus exsolvat. DAT. PRID. ID. IVN. CONSTANTINOP(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

IVST.

⸢ducem qui male egit ad pr. q. nud. cum custodia competenti⸣

⸢aut⸣

---

*V.* — IVST. 9, 27, 1.

1/2 sardiniae] (i)sauriae *Seeck*

---

I, 27, 4 [= BREV. VIIII, 21, 2] (382 Aug. 23).

IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Sciant iudices super admissis propriis aut a se aut ab heredibus suis poenam esse repetendam. DAT. X KAL. SEPTEMB. ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

INTERPRETATIO. Omnes iudices sciant quidquid male rapuerint, si ipsi non reddiderint, a suis heredibus esse solvendum.

---

*V.* — BREV. (*HGO[om. int.]ECPMLS*). — IVST. 9, 27, 2.

1 florentio *O* pfup *C*, pfu *G* amissis *HG* probris *PML Pith.*, probriis *Pith.* 2 a] ab *C*, ad *E* suis *om. E*[a]*S* esse] in se *PMLS* 2/3 dat. x k. sept. antonio (antonino *O*, antemio *PMS*) et syagrio *libri* 4 quidquid] quod quidquid *HECPMLS Pith.* (*ex 3*) rasrediderint *G* 5 soluendum]

VIIII, 27, 5 (388 Apr. 4).

IDEM AAA. HAVE MARCELLINE K(ARISSIME) N(O)B(IS). Omnes cognitores et iudices a pecuniis atque patrimoniis manus abstineant neque alienum iurgium putent suam praedam. Etenim privatarum quoque litium cognitor idemque mercator ⌜parem capitis ac vitae, quae peculatus reos consuevit involvere⌝, cogetur subire iacturam. DAT. PRID. NON. APRIL. MED(IOLANO) MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

⌜statutam legibus⌝ IVST.

*V.* — IVST. 9, 27, 3.

1 haue] *V*rec., habe *V* marcellino *Iust.*: *mag. incertus*

---

VIIII, 27, 6 (386 Iun. 22).

IDEM AAA. ET ARCAD(IVS) A. EDICTVM AD PROVINCIALES. Iubemus hortamur, ut, si quis forte honoratorum decurionum possessorum, postremo etiam colonorum aut cuiuslibet ordinis a iudice fuerit aliqua ratione concussus, si quis scit venalem de iure fuisse sententiam, si quis poenam vel pretio remissam vel vitio cupiditatis ingestam, si quis postremo quacumque de causa inprobum iudicem potuerit adprobare, is vel administrante eo vel post administrationem depositam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum adprobet, cum probaverit et victoriam reportaturus et gloriam. DAT. X KAL. IVL. CONSTANTINOP(OLI) HONORIO N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

*V.* — IVST. 9, 27, 4.

5 administrante] *V*rec., administrantem *V*

---

VIIII, 27, 7 (390 Iun. 4).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. SEVERINO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Unusquisque procurator praepositus gynaecei tabularius susceptor colonus vel quicumque se a comite domorum meminerit esse concussum, cum ipse cui pecuniam numeraverit administratione decesserit, intra anni spatia ad iudicium spectabilitatis tuae quidquid dederit repetiturus ⌜adcurrat⌝, ut prosit pensionibus quidquid ille reddiderit. Sin vero ex tempore depositae administrationis praestituti temporis curricula transfluxerint, nulla vox advocationis emergat, sed ipsos procuratores praepositos colonos tabularios susceptores obnoxios ad solutionem ⌜iubemus⌝ artari. DAT. PRID. NON. IVN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

⌜occurrat⌝ IVST.

⌜volumus⌝ IVST.

*V.* — IVST. 9, 27, 5.

1/2 com. r. p.] *aut hic emendandum* com. s. l. *aut probabilius vice versa* 1, 10, 4 2 cynecaei *V* 9 *scr.* tabularios susceptores colonos 10 iun.] iul. *Iust. (Hal.)* 11 neotherio *V*

## XXVIII. DE CRIMINE PECVLATVS.

*Iust.* 9, 28

VIIII, 28, 1 (392 Sept. 10).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Pridem fuerat constitutum, ut hi iudices, qui peculatu provincias quassavissent, multae dispendio subiacerent. Sed quoniam nec condigna crimini ultio est nec

IVST.

Iudices, qui tempore administrationis publicas pecunias subtraxerunt, lege Iulia peculatus obnoxii sunt et capitali animadversioni eos subdi iubemus, his nihilominus, qui ministerium eis ad hoc ad-

par poena peccato, placuit tam severam animadvertendi esse censuram, ut, cum vix par poena his possit flagitiis inveniri neque condignis tantum nefas cruciatibus expiari, capitale hoc esse praecipiamus adque animadversione severissima coherceri. DAT. IIII ID. SEPTEMB. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

**hibuerunt, vel qui subtracta ab his scientes susceperunt, eadem poena percellendis** *fin.*

*V.* — IVST. 9, 28, 1.

5 seuerissima] *V*[rec.], suerissima *V*

---

II, 28, 2 (415 Mart. 5).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. Non est sanctitatis negotium rapinis et praedis fidem adhibere, quando quidem haec scelera velut contagium quoddam funestae pestis debeant declinari. || Nec enim crimen dissimile est rapere et ei, qui rapuerit, rapta servare. DAT. III NON. MAR. CONSTANTINOP(OLI) HONORIO X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

IVST.
|| **Crimen non dissimile est rapere et ei qui rapuerit rapta scientem delictum servare.**

*V.* — IVST. 9, 12, 9.

2 sanctitatis] *scr.* sanctitatis tuae 4 dissimile] *Iust.*, difficile *V* 7 ui] u *Iust.* *(Hal.)*

## XXVIIII [= BREV. XXII]. DE HIS, QVI LATRONES VEL ALIIS CRIMINIBVS REOS OCCVLTAVERINT.

latrones uel (in *ES*, uel in *C Pith.* *[ex S]* *Iust.*) al. cr. *om.* *O.* reus *G*[a] occultant *E*, occiderint *C* — *Iust.* 9, 39.

II, 29, 1 (374 Mart. 23).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. SIMPLICIO VIC(ARI)O. Eos, qui secum alieni criminis reos occulendo sociarunt, par ⌜atque ipsos⌝ reos poena expectet. P(RO)P(OSITA) ROM(AE) X KAL. APRIL. GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO V. C. CONSS.

⌜ipsos et⌝ IVST.

*V.* — IVST. 9, 39, 1.

1/2 secum alieni criminis reos occulendo] *V*, se cum alieni criminis reo *(sic C,* reos *LRT)* occultando eum *Iust.* *(etiam Graeci)*

---

II, 29, 2 [= BREV. VIIII, 22, 1] (383 [391?] Febr. 27).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD FLAVIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: ⌜Latrones⌝ quisquis sciens susceperit vel offerre iudiciis supersederit, supplicio corporali aut dispendio facultatum pro qualitate personae et iudicis aestimatione plectatur. || Si vero actor sive procurator latronem domino ignorante occultaverit et iudici

IVST.
⌜et latrones⌝

|| *fin.*

1 ual. grat. *PMS* et *om.* *OC* 2 ad flauianum ppo (ppm *E*, pu *Pith.*)] *V et brev. reliqui*, simplitio uicario *(quae est inscriptio legis praecedentis in brev. omissae)* *O solus* latronis *L* 3 suscipere *C* offerri *E*[a]*PMLS* iudicis *G*[a], iudici *HG*[b]*E*[b] supersederit] suppresserit *GE*[v] 4 corporali *om.* *H*[a] aut] au *H* dispendium *G*[a] facultatem *H* qualite *H*[a] 5 et] ex *H Pith.* *(inde Cui. 1586)* iudicis] iuris *PML* extimatione *HG*, existimatione *EPML* si uero] siue *S* siue] uel *G*

offerre neglexerit, flammis ultricibus concremetur. DAT. III KAL. MAR. MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis sciens in domo sua latronem susceperit aut eum occultare voluerit aut eum iudici tradere fortasse neglexerit, si ingenua et vilior persona est, fustigetur: si vero melior, damno ad arbitrium iudicis feriatur. Si vero actor aut procurator inscio domino hoc fecerit, incendio concremetur.

*V.* — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 9, 39, 1.

1/2 dat. iii (iiii *G*) k. mart. merobaude (-do *P MS*) ii *(om. E)* et sat. *libri.* *Cf. ad 7, 18, 8* 3 si quis] quisquis *C* aut e. o. uoluerit *bis G* 4 tradere] presentare $G^{v}$, *om. C* si ing. et] si non ing. sed $G^{v}$ fusticetur *C*, fustigetur *L* 5 damnum *HG* auctor *S*

## XXX. QVIBVS EQVORVM VSVS CONCESSVS EST AVT DENEGATVS.

equorum] $V^{rec.}$, et quorum *V*

VIIII, 30, 1 (364 Sept. 30).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Exceptis senatoribus atque honoratis, sed et his, qui provincias administrant, veteranis etiam, qui sub armis militia functi sunt, et decurionibus ceteris omnibus per Picenum atque Flaminiam nec non etiam Apuliam et Calabriam, Brittios et Lucaniam atque Samnium habendi equi vel equae copiam praeclusam esse sancimus. Ii vero, qui minime animos ab huius modi usurpatione deflectunt, abactorum supplicio teneantur. DAT. PRID. KAL. OCTOB. ALTINO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V*

4 flamminiam *V* 5 hii *V*

VIIII, 30, 2 (364 Oct. 5).

IDEM AA. AD BVLEFORVM CONS(VLAREM) CAMPANIAE. POST ALIA: Ut omnes latronum conatus debilitati conquiescant, pastoribus rei nostrae, id est lanigerarum ovium pecudumque custodibus, nec non etiam procuratoribus et actoribus senatorum habendi equini pecoris licentiam denegamus, sub hac videlicet interminatione, ut ii, qui nostrae mansuetudinis statuta temptaverint violare, abactorum supplicia tolerare cogantur. DAT. III NON. OCTOB. ALTINO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V*

4 hii *V*

VIIII, 30, 3 (365 Iun. 21).

IDEM AA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum omnifariam urbicarias regiones ab omni crimine et adsiduis abactorum rapinis quietas esse cuperemus, eo usque intentio nostra prospexit, ut istis in locis equo vehi his tantummodo liceret, quos ab huius modi sceleris suspicione locus aut dignitas vindicavit. Sed postea sanximus, ut suarii equis quidem uterentur, verum ad periculum suum pertinere cognoscerent, si quid in his regionibus sceleris esset admissum. Nunc quia advertimus, a suariis, qui propriis officiis occupantur, hanc necessitatem alienam esse debere, excellentia tua ita his sedendorum

3 equo $V^{rec.}$, aequo *V*

equorum potestatem datam esse cognoscat, ut nullo prioris sanctionis timore teneantur per ea sane loca, quae neque abactoribus neque aliis criminationibus infamata sunt. DAT. XI KAL. IVL. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

2/3 *annus recte traditur, dies dubius propter fines incertos inter Mamertinum et Rufinum*

III, 30, 4 (365 Dec. [?] 16).

IDEM AA. AD VALENTINIANVM CONS(VLAREM) PICENI. Palatini utendorum equorum per Picenum ad itinerum necessitatem habeant facultatem. DAT. XVII KAL. IAN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

3 *mense Decembri eius anni Valentinianus non fuit Mediolani*

IIII, 30, 5 (399 Dec. 1).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. BENIGNO VIC(ARIO) VRB(IS) ROMAE. Pastores Valeriae provinciae vel Piceni uti equinis animalibus non iubemus. Alioquin, si interdictus usus animalium vindicetur, conscios usurpationis huius seu dominos vel procuratores relegationis poena retinebit. DAT. KAL. DECEMB. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

*V*

2 *scr.* non uti eq. an.

## XXXI. NE PASTORIBVS DENTVR FILII NVTRIENDI.

IIII, 31, 1 (409 Ian. 21).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEODOS(IVS) AA. CAECILIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Nemo curialium plebeiorum possessorumve filios suos nutriendos pastoribus tradat. Aliis vero rusticanis, ut fieri solet, nutriendos dari non vetamus. Si vero post istius legis publicationem quisquam nutriendos pastoribus dederit, societatem latronum videbitur confiteri. DAT. XII KAL. FEB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

*V*

## XXXII. DE NILI AGGERIBVS NON CORRVMPENDIS.

*Iust*, 9, 38 rumpendis *Iust.*

III, 32, 1 (409 Sept. 22).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis posthac per Aegyptum intra duodecimum cubitum fluminis Nili ulla fluenta de propriis ac vetustis usibus praeter fas praeterque morem antiquitatis usurpaverit, flammis eo loco consumatur, in quo vetustatis reverentiam et propemodum ipsius imperii adpetierit securitatem: consciis et consortibus eius ˹Oasenae˺ deportationi constringendis, ita ut numquam supplicandi eis vel recipiendi civitatem vel dignitatem vel substantiam licentia tribuatur. DAT. X KAL. OCTOB. CONSTANTINOP(OLI) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

˹ ˺ *om.* IVST.

*V.* — IVST. 9, 38, 1.

2 ulla] *V*, nulla *Iust.* 3 usibus] *V*[rec.], uisibus *V* 5 deportatione *Iust.*

## XXXIII [= BREV. XXIII]. DE HIS, QVI PLEBEM AVDENT CONTRA PVBLICAM COLLIGERE DISCIPLINAM.

de his qui pl. a. c. p. colligere (collige $L^a$) disc.] de plebem excitantibus *O*. — *Iust.* 9, 30 de seditiosis et his qui plebem audent contra publicam quietem colligere.

VIIII, 33, 1 [= BREV. VIIII, 23, 1] (384 Dec. 20).

IMPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. FLORENTIO P(RAE)F(ECTO) AVG(VSTA)LI. Si quis contra evidentissimam iussionem suscipere plebem et adversus publicam disciplinam defendere fortasse temptaverit, multam gravissimam sustinebunt. DAT. XIII KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis populum ad seditionem concitaverit, damnis gravissimis subiacebit.

---

*V.* — BREV. (*HGO[om. int.]ECPMLS*). — IVST. 9, 30, 1.

1 impp. gr. ualent (ualens *G*( et th.] idem *O* florentino *PMLS* praef.] ppo *HEL*, po *PM*, pfp *C*, pfu $G^a$, pfo $G^b$ 2 si quis] si qui *C*, qui *PMLS* uidentissimam *H* iussionem] iusticiam $G^t$ aduersum *HOCPMLS* 3 disciplina *L* defendere] d. se $G^b$ temptauerint $G^a$*ECPMLS* grauissima *L* sustinebunt] *VHG*$^a$*ECPMLS Iust. (L)*, sustinebit $G^b$*O Iust.* (*reliqui*) 3/4 dat. xiii (xiiii *O Iust. [Hal.]*, xui *PMS*, xuiii *Iust. [L]*) k. ian. (iun. *C*, iul. *G*, mai. *O*) constantinopoli (-lim *H*, constantinopolim imperatore *G*, constantino *E*) richomere (*sic V*, ricomere *HOEC*, riccomere *N**, ricimere *PM*, ricemeri *S*, retemero *G*) et clearcho (*sic vel* clearco *plerique*, clyarco *N**, pegrearco *E*) *libri* 5 damnum gravissimum $G^b$ subiacebit] sustinebit *G*

## XXXIIII [= BREV. XXIIII]. DE FAMOSIS LIBELLIS.

*Iust.* 9, 36

VIIII, 34, 1 [= BREV. VIIII, 24, 1] (319 Mart. 29).

IMP. CONSTANTINVS A. AD VERINVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Si quando famosi libelli reperiantur, nullas exinde calumnias patiantur ii, quorum de factis vel nominibus aliquid continebunt, sed scribtionis auctor potius requiratur et repertus cum omni vigore cogatur his de rebus, quas proponendas credidit, conprobare, nec tamen supplicio, etiamsi aliquid ostenderit, subtrahatur. P(RO)P(OSITA) IIII KAL. APRIL. KARTHAG(INE) CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

INTERPRETATIO. Qui famosam cartham ad cuiuscumque iniuriam et maculam conscripserit in secreto aut in publico adfixerit inveniendamque proiecerit, illum, contra quem proposita est carthula, non nocebit nec famae eius aliquid derogabit. Sed si inveniri potuerit qui huiusmodi carthulam fecit, constringatur, ut probet quae conscripsit: qui si etiam quae scripsit probare potuerit, fustigetur, qui infamare maluit quam accusare.

---

*V.* — BREV. (*HGO[om. int.]ECPMLS*).

1 uerinum] ualerinum *E*, ualerianum *G* uic] uc *E*, uirum clarum *S* famosi libelli] fabelli $G^t$ 1/2 repperiuntur *E* 2 patiuntur *E* hii *VHEC*, hi *rel.* uel] et *GC* nominibus] omnibus *L*, moribus *G* aliqua *E* 3 inscriptionis *HG*, inscriptione *E* 4 de *om. G* conponendas *S* supplicio] tale s. *L* 5 pp (dat. *N***G*) iiii (*VHN***GEC*, iii *OPMS Pith. [ex 2]*) k. apr. (iun. *PMS*) karth. (cartagini *H*) const. a. u et lic. c. (*VHC Pith. [ex 2]*, *om. N***GOE PMS*) *libri* 7 qui] si quis *GE* iniuriam et] iniuriam uel *H*, iniuriae *PMLS* scripserit *PMLS* 8 aut] et *GECPMS* publico] supplicio $G^v$ adflixerit *S* illum] illi *edd.* proposita] posita *G*, composita *C* 9 necque *C* aliquis $G^t$ derogauit *EPML* inuenire *L* 10 facit *PML* scripsit *GPMLS* qui] quae *H* si *ante* quae *G*, *ante* probare *PMLS* etiam] etiam et *G* scripsit] conscripsit *G* 11 potuerit] *GCL*, non potuerit *HEPMS* fusticetur *CL*, fustigentur *H* qui] quia *HS*, qu (*sic*) *G*

IIII, 34, 2 (320/6 [313] Febr. 25).

IDEM A. AD AELIANVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Licet serventur in officio tuo et vicarii exemplaria libellorum, qui in Africa oblati sunt, tamen eos quorum nomina continent metu absolutos securitate perfrui sinas solumque moneas, ut ab omni non solum crimine, sed etiam suspicione verisimili alieni esse festinent. Nam qui accusandi fiduciam gerit, oportet conprobare, nec occultare quae scierit, quoniam praedicabilis erit ad dicationem publicam merito perventurus. P(RO)P(OSITA) V KAL. MAR. CARTHAG(INE) CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO C. CONSS.

---

*V*

1 belianum *V*   uicarii] *V*^rec.^, uicariis *V* | *subscriptionem vide ad 1, 12, 3. 11, 36, 3*
6 a. uii *est 11, 36, 3*   constantio c̄ *V* — *propter*

---

IIII, 34, 3 (320 Dec. 4).

IDEM A. AD IANVARINVM AGENTEM VICARIAM PRAEFECTVRAM. Ut accusatoribus patientia praebenda est, si quem persequi in iudicio volunt, ita famosis libellis fides habenda non est nec super his ad nostram scientiam referendum, cum eosdem libellos flammis protinus conducat aboleri, quorum auctor nullus existit. P(RO)P(OSITA) PRID. NON. DEC. ROM(AE) CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO CAES. CONSS.

---

*V*

4 actor *V*¹   5 constantio c̄ *V*

---

IIII, 34, 4 (328 Oct. 21).

IDEM A. AD DIONYSIVM. Famosa scribtio libellorum, quae nomine accusatoris caret, minime examinanda est, sed penitus abolenda. Nam qui accusationis promotione confidat, libera potius intentione quam captiosa atque occulta conscribtione alterius debet vitam in iudicium devocare. P(RO)P(OSITA) TYRO XII KAL. NOV. IANVARINO ET IVSTO CONSS.

---

*V*

1 *mag. incertus (cf. Gothofredus in prosopographia)*   2 paenitus *V*

---

IIII, 34, 5 (338 Iun. 18).

IMP. CONSTANTIVS A. AD AFROS. Libellis quos famosos vocant, si fieri possit, abolendis inclytus pater noster providit et huiusmodi libellos ne in cognitionem quidem suam vel publicam iussit admitti. Non igitur vita cuiusquam, non dignitas concussa his machinis vacillabit; nam omnes huiusmodi libellos concremari decernimus. DAT. XIIII KAL. IVL. VRSO ET POLEMIO CONSS.

---

*V*

1 libellos *V*¹

---

IIII, 34, 6 (355 Oct. 31).

IDEM A. AD POPVLVM. Nemo prorsus de famosis libellis, qui neque aput me neque in iudiciis ullum obtinent locum, calumniam patiatur. Nam et innocens creditur, cui defuit accusator, cum non defuerit inimicus. DAT. PRID. KAL. NOV. MED(IOLANO) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

---

*VT [incipit* 3 t inimicus*]*.

2 obtinet *V*

VIIII, 34, 7 (365? 368? 370? 373? Feb. 16).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD EDICTVM. ⌜Famosorum infame nomen est libellorum, ac si quis vel colligendos vel legendos putaverit ac⌝ non statim ⌜chartas⌝ igni consumpserit, ⌈ sciat, se ⌈⌈ capitali sententia subiugandum. Sane si quis devotionis suae ac salutis publicae custodiam gerit, nomen suum profiteatur et ea, quae per famosum persequenda putavit, ore proprio edicat, ita ut absque ulla trepidatione accedat, sciens quod, si adsertionibus veri fides fuerit opitulata, laudem maximam ac praemium a nostra clementia consequetur. ⌈ DAT. XIIII KAL. MAR. CONSTANTINOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

IVST.
*(praecedit Th. 9, 34, 9)* ⌜sin vero⌝

⌜easdem chartulas vel corruperit vel⌝ | ⌈ sed vim earum manifestaverit
⌈⌈ quasi auctorem huiusmodi delicti

⌈ Sin vero minime haec vera ostenderit, capitali poena plectetur. huiusmodi autem libellus alterius opinionem non laedat.

*VT.* — IVST. 9, 36, 2.

1 ad edictum] *VT*, edictum *Iust.* 3 uel legendos *om. T* 4 carthas *T* 5 sententia] *V Iust. (LC)*, sententiae *T Iust. (RT)* 6 deuotiones *T*ᵃ 8 prosequenda *V* 12 xiiii] *VT*, xvi *Iust. (L Hal.)*

VIIII, 34, 8 (368 Nov. 9).

IDEM AA. AD FLORIANVM COM(ITEM). Iam pridem adversus calumnias firmissima sunt praesidia comparata. Nullus igitur calumniam metuat. Contestatio vero, quae caput alterius contra iuris ordinem pulsat, depressa nostris legibus iaceat; intercidat furor famosorum, saepe ut constituimus, libellorum. ET CETERA. DAT. V ID. NOV. MARCIANOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*VT*

1 com.] *rerum privatarum* 2 praedia *V*¹ contestatio] *V*, contes|....ne *T* 3 depraes.. *T* intercedat *T*

VIIII, 34, 9 [= BREV. VIIII, 24, 2] (386 Ian. 19).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis famosum libellum sive domi sive in publico vel quocumque loco ignarus ⌜offenderit, aut discerpat⌝ priusquam alter inveniat aut nulli confiteatur inventum ‖, nemini denique, si tam curiosus est, referat, quid legendo cognoverit. Nam quicumque obtulerit inventum, certum est ipsum reum ex lege retinendum, nisi prodiderit auctorem, nec evasurum poenam huiusmodi criminibus constitutam, si proditus fuerit cuiquam rettulisse, quod legerit. DAT. XIIII KAL. FEB. CONSTANTINOP(OLI) HONOR(IO) N̄ŌB̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

⌜reppererit, aut corrumpat⌝ IVST.

‖ *fin.* IVST. *(sequitur Th. 9, 34, 7)*

1 theod.] et theod. *S* et *om. O* cy(*vel* i)negio] cynigio *H*, cy(*vel* i)nedio *CPMS Pith.*, cynidio *L* p̄fu *G*ᵃ, p̄fo *G*ᵇ 3 loco] locum *E*, in publico l. *G* offenderit aut discerpat] inuenerit aut disrumpat *Pith. (cum Paris. 4403 A)* 4 priusquam] qui priusquam *E* 5 tamen *HELS Pith.* curiosum *E* quid] qui *G*ᵃ, que *G*ᵇ 6 ex] *malim* ea 7 tenendum *PML* criminis *G* 7/8 constitutum *S* 8/9 dat. xiiii (xiii *C*, xii *O*, xui *Iust. [L¹Hal.]*, iiii *E*, iii *S*) k. feb. constantinopoli (-lim *HG*) honorio (*om. G*) n̄ p̄ (*sic T*, n̄ōb̄ p *VPM*, n̄ō p̄ *H*, n̄b̄ p *N**, nobili p *S*, publico plebis *G*, uiiii *E*, *om. OC*) et (*om. G*) euodio (euuodio *N***G*, eubodio *P*, ebodio *ES*) *libri*

INTERPRETATIO. Si quis carthulam famosam in cuiuscumque iniuriam vel infamiam in publico propositam viderit et legerit et non statim discerpserit, et cuicumque, quae in ea legit, fortasse rettulerit, ipse velut auctor huius criminis teneatur.

*VT.* — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 36, 2.

1 falsam *G* in] ad *G* iniuria uel infamia *HPMLS* 2 publicum *E* proposita *E* et non] non *L* discerpserit] decerpserit *L*, scisserit *H* et] sed *edd.* quae] quid *PML*, quod *S*, quoque *H* eam *H* 2/3 legit (legerit *E*) fort.] fort. repperit *H*

IIII, 34, 10 (406 Apr. 28).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. Universi, qui famosis libellis inimicis suis velut venenatum quoddam telum iniecerint, ii etiam, qui famosam seriem scribtionis inpudenti agnitam lectione non ilico discerpserint vel flammis exusserint vel lectorem cognitum prodiderint, ultorem suis cervicibus gladium reformident. DAT. IIII KAL. MAI. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

*VT*

2 uniuersis *T* qui|.....lis *(om.* famosis) *T* 3 iniecerint] *V*rec., iniegerint *V* hii *V*, *deficit T* agnita *V* 4 discerperint *V (om. m. rec.)* lectorem] *V*, rectorem *T*, *scr.* auctorem 5 ui] *V*, iii *T*

## XXXV [= BREV. XXV]. DE QVAESTIONIBVS.

de quaestionibus imperatorum *GE.* — *Iust.* 9, 41.

IIII, 35, 1 (369 Iul. 8).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRA(TIA)NVS AAA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Nullus omnino ⌜ob fidiculas perferendas inconsultis ac nescientibus nobis vel militiae auctoramento vel generis aut dignitatis defensione nudetur⌝, excepta tamen maiestatis causa, in qua sola omnibus aequa condicio est. || Ii quoque citra consultationis modum subiciantur quaestioni, qui evidentibus argumentis subscribtiones nostras finxisse prodentur, qua in re ne palatini quidem nominis adsumptionem huius esse volumus quaestionis exortem. DAT. VIII ID. IVL. VAL(ENTINI)ANO NOB. P. ET VICTORE CONSS.

⌜ob . . . nudetur⌝] cui inconsultis ac nescientibus nobis fidicularum tormenta offerentur, militiae vel generis aut dignitatis defensione uti prohibeatur IVST.

|| *fin.* IVST.

*VT.* — IVST. 9, 8, 4.

2 nullus] *Iust.*, nullas *VT* perferendas] ferendas *T* 5 qua] *T Iust.*, quo *V* 6 condicio] *V*rec. *T*, concidio *V* hii *V*, *def. T* 8 suscribtiones *T* 9 adsumptionem] *scr.* adsumptione quem 10 nob p̄] bp *V*[1], np *T*

IIII, 35, 2 (376 Sept. 17).

IDEM AAA. AD ANTONIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O GALL(IARVM). Decuriones sive ob alienum sive ob suum debitum exortes omnino earum volumus esse poenarum, quas fidiculae et tormenta constituunt. Quod quidem capitale iudici erit, si in contumeliam ordinis exitiumque temptetur. Maiestatis tantummodo reos et quae nefanda dictu sunt conscios aut molientes ex ordine municipali maneat tam cruenta condicio. || De-

|| *fin.* IVST.

1 idem aaa.] *sic VT similiterque Iust., requiritur:* impp. Valens, Gratianus et Valentinianus antoninum *T* 2 earum] *V*rec., earumum *V* 2/3 fidiculae] offidiculae *T* 3 iudicium erit *T* 4 reus *T* dictu] *Iust.*, dicto *V*, interdicto *T* 4/5 conscios] ....|cio *T*

bitores vero et quos allectos aut susceptores memorant a summo usque ad infimum ordinem curiales exortes talium volumus esse poenarum. Habet severitas multa, quae sumat
1 ad sanciendam publici officii disciplinam, ut abstineat tam cruentis. Plumbatarum vero ictus, quos in ingenuis corporibus non probamus, non ab omni ordine submovemus, sed decemprimos tantum ordinis curiales ab immanitate huiusmodi verberum segregamus, ita ut in ceteris animadversionis istius habeatur moderatio commonentis. DAT. XV KAL. OCTOB. TREV(IRIS) VALENTE V ET VALENTINIANO AA. CONSS.

*VT.* — IVST. 9, 41, 16.

1 uero *om.* *T* 3 disciplinam] *V*rec., disciscipli- nam *V* abstineant *V* cruentis *om.* *T* | 5 inmanitate *T*, immunitate *V* 6 *scr.* commonentes 7 triu. *T*

VIIII, 35, 3 (377 Ian. 4).

IMPPP. VALENS, GR(AT)IANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD GRACCHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Severam indagationem per tormenta quaerendi a ⌜senatorio⌝ nomine submovemus. DAT. PRID. NON. IAN. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS.

| ⌜ ⌝ clarissimo IVST.

*VT.* — IVST. 12, 1, 10.

1 p̄ ā] *T*, pum *Iust.* (*O*), ppo̅ *V* 2 ....|cationem *T* nomine] ordine *T* 3 triū *T*

VIIII, 35, 4 [= BREV. VIIII, 25, 1] (380 Mart. 27).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. ALBVCIANO VIC(ARIO) MACED(ONIAE). Quadraginta diebus, qui auspicio caerimoniarum paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur criminalium quaestionum. DAT. VI KAL. APRIL. THESSAL(ONICAE) GR(ATI)ANO A. V ET THEOD(OSIO) A. I CONSS.

INTERPRETATIO. Diebus quadragesimae pro reverentia religionis omnis criminalis actio conquiescat.

*VT.* — BREV. (*HGO[om. int.]ECPMLS*). — IVST. 3, 12, 5.

1 grat. ualent. et theod.] ualent. grat. et theod. *PMLS*, idem *O*, ualent. ualens et grat. *Iust.* arbuciano *T*, licinio *O*, albucinio *E*, luciano *Iust.* uic] ūc *E*, uiro claro *S* 2 quadragesime *E* caerimonialium *T* paschale] pascae *T*, phaschae *G* omnes *EL* 3 inhibeatur (inhibeat *PMS*, inhabeat *L*) cr. qu.] cr. qu. inh. *O* 3/4 dat. ui (uii *G*, xiii *E*) k. apr. thess. (constpl *E*, *om.* *S*) grat. a. (*sic VO, om. THGECPMS Iust.*) u (ui *V*, *om.* *HE*) et theod. (honorio *G*) a. i (*sic V*, i aa. *TC*, aa *H*, a *E*, uucc *PM*, uiris claris *S*, *om.* *GO*) *libri* 5 crimines *L* actio] quaestio *G*[1]

VIIII, 35, 5 (389 Sept. 6).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Sacratis quadragesimae diebus nulla supplicia sint corporis, quibus absolutio expectatur animarum. DAT. VIII ID. SEPTEMB. FORO FLAMINI TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

*VT*

2 quadragesimae] *V*rec., quadragissimae *V*

VIIII, 35, 6 (399 Aug. 21).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD MESSALAM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nihil sibi deflectens a iustitia indignatio cognitorum, nihil venalis exigentium terror in eas, quae aut ⌜innocentiae auctoritate⌝ securae aut principalitatis sunt honore munitae, intellegat licere per-

| IVST. ⌜innocentia⌝

4/5 principali *Iust.*

sonas ad inferendas iniurias corporales. Habeat hanc mercedem laboris multorum munerum testimoniis commendata devotio ⌈. ET CETERA. DAT. XII KAL. SEPT. THEODORO V̄. C̄. CONS.

⌈ idem est et si munia decurionatus quis deposuit: nam et ipse propter pristinam dignitatem quaestionem non patitur.

*VT.* — IVST. 9, 41, 17.

2 munerum] uirorum *T* 3 xii] xuii *iuncta* (12, 1, 161) 4 theodosio et rumoridio *Iust.* | *(Hal.)* conss. *T*

I, 35, 7 (408 Apr. 27).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. AD ANTHEMIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Provinciarum iudices moneantur, ut in ⌜Isaurorum latronum quaestionibus⌝ nullum quadragensimae nec venerabilem pascharum diem existiment excipiendum, ne differatur sceleratorum proditio consiliorum, quae per latronum tormenta quaerenda est, cum facillime in hoc summi numinis speretur venia, per quod multorum salus et incolumitas procuratur. DAT. V KAL. MAI. CONSTANTINOP(OLI) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

⌜ ⌝ qu. latr. et maxime Isaurorum IVST.

*VT.* — IVST. 3, 12, 8.

3 quadragesimae *T* 4 ne] *V Iust. (PL)*, nec *Iust. (CRM)*, neue *T* 5 facillime in] fac..... *T* | nominis *T* speretur] *T Iust.*, speratur *V*

## XXXVI [= BREV. XXVI]. VT INTRA ANNVM CRIMINALIS QVAESTIO TERMINETVR.

*Rubr. est in T* ut intra (infra *G*) a. cr. quaestio (*sic VT brev. (praeter E) Iust.*, actio *E edd.*) terminetur (conquiescat *G*) *libri cum Burg. R. 31, 5.* — *Iust.* 9, 44 ut intra certum tempus criminalis quaestio terminetur.

I, 36, 1 [= BREV. VIIII, 26, 1] (385 Iul. 12).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEODOSIVS ET ARCAD(IVS) AAA. DESIDERIO VIC(ARI)O. Quisquis accusator reum in iudicium sub inscribtione detulerit, si intra ⌜anni⌝ tempus accusationem coeptam persequi supersederit vel, quod est contumacius, ultimo ⌜anni⌝ die adesse neglexerit, quarta bonorum omnium parte multatus aculeos consultissimae legis incurrat, scilicet manente infamia, quam veteres iusserant sanctiones. DAT. IIII ID. IVL. TREV(IRIS) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

⌜ ⌝ certum IVST.

⌜ ⌝ *om.* IVST.

INTERPRETATIO. Quicumque inscriptione praemissa cuiuscumque criminis reum accusare voluerit, ab eo die, quo inscripsit, intra annum peragat propositas actiones. Qui si distulerit, infamis effectus, bonorum suorum quarta parte multabitur.

*VT [finit* 1 quisquis a . .*]*. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 9, 44, 1.

1 ualent. theod. et arc. (arc. et theod. *GEC*)] idem *O* desiderato *G* uic] ūc *G*, uiro claro *S*, ūc coñs *E*, consulari *O*, uic. asiae *edd.* quisquis] quis *E* 1/2 accusatus *G* 2 iuditio *GE* sub inscriptione] *HOEC Pith. Iust. (plerique)*, sub (su *PML*) scribtione *VGPMLS Iust. (C)* detulerint *V (em. m. rec.)* si *om. PML* anni *om. G* 3 coeptam] certam *G* persequi] *brev. Iust.*, prosequi *V* 4 ultimum *L* anni *om. O Iust.* diem *L* 4/5 quartam b. o. partem *G*ª 6 infamia *om. G*ª iusserunt *GCPML*, inserant *E*ᵗ 6/7 dat. iiii (iii *OPMS Pith. [ex 2]*, ui *Iust. [L]*, *om. E*) id. (k. *Pith. [ex 2]*) iul. (ian. *Pith. [ex 2]*) treu. (treueris *GOE*, treuer *C*, triu. *PMN**, triueris *H*) arc. a. i [iu *Iust. [L]*, u *C*, *om. GE PM*) et bautone *libri: aut Maximi est imperatoris Galliarum errore recepta constitutio aut aliter erratum* 8 scriptione *PML* 9 scripsit *PML* propositam actionem *L* qui] quod *PML* 10 infamia *G* quartam *G*ª, quarte *P* partem *G*

VIIII, 36, 2 [= BREV. VIIII, 26, 2] (409 Ian. 21).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. CAECILIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA:

Noverint iudices cuilibet culmini honorive praesidentes necessariis utrique parti, si petantur, dilationibus non negatis ˹a die inscribtionis intra anni curricula˺ criminales causas limitandas, quo emenso subeat accusator, quia destitit, poenam ˹sibi˺ legibus constitutam; et si persona vilior fuerit, cui damnum famae non sit iniuria, poenam patiatur exilii, nisi ˹forsitan˺ intra ˹anni˺ metas consensus partium abolitionem popōscerit. In iudicum autem debet esse diligentia, ut, si nulla rationabilis a reo vel accusatore dilatio postuletur, urgeant talium causarum notionem non exspectatis ˹anni˺ moris. || Si vero accusator vel reus propter documenta forsitan sibi necessaria annum voluerint custodiri, dare adsensum debet patientia cognitoris, in alteram partem severiorem formatura sententiam. ET CETERA. DAT. XII KAL. FEB. RAVENN(AE) HONORIO VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

IVST.

˹praecedentibus scilicet inscriptionibus intra certum tempus˺

˹ ˺ *om.*

˹forte˺ | ˹statuti temporis˺

˹ ˺ *om.* | || *fin.*

INTERPRETATIO. Iudices, qui inscriptione praemissa criminalia negotia audire coeperint, a die inscriptionis, si indutias aut accusator aut reus petierit, intra annum praestare debebunt, ut haec actio intra anni curriculum finiatur. Quod si accusator intra annum quae proposuit probare distulerit, absoluto reo poenam suscipiat lege superiori conprehensam. Quod si talis persona sit, ad cuius deformitatem infamia non pertineat, exilio deputabitur. Tamen si inter accusatorem et reum ita iudice praesente convenerit, ut pro instructione utriusque partis anni integri indutiae tribuantur, debet a iudice non negari: futurum, ut pars, quae post indutias fuerit superata, districtiori sententia feriatur.

---

*V.* — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 44, 2.

1 ciciliano *HEL*, celliano *G* p̄fu $G^a$, p̄fo $G^b$ 2 nouerit $L^a$ cuiuslibet culminis *HG* honerisue *G*, honoreue *H*, honoriue uel *E* 2/3 presedentis *E* 3 necessaria *G* partis $G^a$ 4 non] habeat accusator non *G* negantis *S* 5 curricula] circulum *G* 6 subeat] *Iust.*, habeat *V brev.* quia destitit] qui astitit *HO*, qui asstitit *G*, qui adstetit *E*, qui adstitit $S^2$ 7 sibi *om. O Iust.* 8 uilior] lior *C* fuerit] non f. *O* damnum famae] damnum infamiae *GPMS* iniurie $G^a$, iniuriam $M^aS$ 9 exilio *L* forsitan] *om. G* 9/10 anni metas *om. in sp. vac. C* 10 consensus] *Iust.*, consensu (-sum *E*) *V brev.* abolitione $G^v$, obliuione $G^t$ poposcerint *H* 11 iudicium $G^aECPML$, iuditio $G^bS$ debent esse $E^a$, esse debet *GO* diligentiam $G^a$ ut] aut *EC* si *om. PML* 12 rationalis *PML* a reo] ab eo *S* uel] uel ab *PMLS* 13 urgueant *PML*, urguant $G^a$, urguent *C* talium] aliam *G* 14 non exspectatis (-ta *G*, spectatis *E*) anni (annis *PML*) moris (mores *HE*, moras $G^a$, mora $G^b$) *om. O* 15 forsitan sibi *(om. PML)*] s. f. *O* 16 uoluerit *O* custodire *GECS*, custodia *PML* debit *M* pacienciam $G^a$ alteram] uictam *O* 17 formaturam $HG^a$ sententia *E* 17/18 dat. xii (xiii *GEC*, x *PMS*) k. feb. (oct. *Pith.*) rau. *(om. OPMS)* hon. uiii (ix *O*) et th. iii (iiii *H*, *om. E*) aa. *libri* 20 accusatur *G* petierint *G* 20/21 praestare (praesentare $G^t$) d. ut h. a. i. anni curriculum (curricula *H*, circulum *GEC*) finiatur (finiat *H*), q. si acc. (aut reus petierit *ins.* $H^b$) intra annum (i. ann. acc. *G*) *om. L* 22 obsoluto $S^b$, obsolito $S^a$ legi *L* superius *GC* comprehensa *G* 23 deformitato *E* deputabitur] deputetur *H(?) edd.* tamen si *(om. G)*] si tamen *E* intra *S* 24 ita] ita ut *G* iudicem praesentem $G^t$, iudici praesenti $G^v$ instructione] inscriptione *G* partes *E* 25 futurorum *G* quae *om. S* 26 fuerit] si fuerit *S* separata *E* destrictiori *CPM*

## XXXVII [= BREV. XXVII]. DE ABOLITIONIBVS.

*add.* abolitio est obliuio *(om. GPML)* obiecti (obiectio $G^a$) criminis *(ins.* absolutio *G) HGECPMLS. — Iust.* 9, 42.

, 37, 1 [= BREV. VIIII, 27, 1] (319 Nov. 26).

IMP. CONSTANTINVS A. AD IANVARINVM P(RAEFECTVM) V(RBI). ⌜Si post strepitum accusationis exortae abolitio postuletur, causa novae miserationis debet inquiri, ut, si citra depectionem id fiat, postulata humanitas praebeatur; sin aliquid suspicionis extiterit, quod manifestus reus depectione celebrata legibus subtrahatur, redemptae miserationis vox minime admittatur, sed adversus nocentem reum inquisitione facta poena conpetens exeratur⌝. DAT. VI KAL. DEC. SERDICAE CONSTANTINO A. V ET LICIN(IO) C. CONSS.

⌜Abolitio praesentibus partibus causa cognita non a principe, sed a competenti iudice postulari debet, id est si per errorem seu temeritatem seu calorem ad accusationem prosiluerit: hoc enim accusator explanans abolitioni locum faciet. Sin autem per depectionem vel pecuniis a reo corruptus ad postulandam abolitionem venit, redemptae miserationis vox minime admittatur, sed adversus nocentem reum inquisitione facta poena competens exseratur⌝ *(sequuntur sumpta aliunde).* IVST.

INTERPRETATIO. Si quem paenituerit accusasse criminaliter et inscriptionem fecisse de id, quod probare non poterat, si ei cum accusato innocente convenerit, invicem se absolvant. Si vero iudex eum, qui accusatus est, criminosum esse cognoverit et inter reum et accusatorem per corruptionem de absolutione reatus convenerit, is qui reus probatur remoto conludio poenam excipiat legibus constitutam.

*V.* — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 42, 2.

1 ā *om. G* 1/2 ianuarianum *HE*, ianuarium *GCLS Pith.* 2 p̄ ū] *VPMS*, pfu *GC*, ppm *E*, preftm *H*, pu coss *L*, procos. Achaiae *(collata 9, 1, 2) Gothofredus: cf. 9, 34, 3* 3 accusationi *L* extortae *H* 4 causam *PMS*, cause *H* 5 si citra] si certa *E*, secreta (-tam $G^a$) *G* 6 depactionem $G^aO$, depectione (-nem *E*) *HE*, despectione $G^b$ 7 sin (si in *E*, in *S*) .... 10 subtrahatur *om. G* 8 quod] quo *L* 8/9 manifestos reos *S* 9 depectione] pactione *O* 13 poenam $G^a$ exequatur *G* 13/14 dat. ui (xui *Iust. [Hal.]*, *om. E*) k. dec. serd. (syrdice *E*) const. a. *(om. PMS)* u *(om. G)* et lic. c. *(sic VC, om. reliqui) libri* 15 quem] quis *PMLS* accusasse] *GECPM*, accusari se $S^a$, accusare *H(?)L*, *inc.* $S^b$ criminanter *PML* inscriptionem (-ne *E*)] scriptionem *S* id] eo *HG* 16 poterat] poterit *H*, potuerit *edd.* innocentem *E* conuerit $H^a$, conueuerint *P* 17 reum] eum *HC* accusator *PM* 18 per *om. PML* corruptione *L*, correptione *C* concludio *L* 19 excipiat] *HG*, suscipiat *PMLS*, accipiat *C* *post* constitutam *add.* hic inserendum lex sine expositione *E (cf. l. seq. in fine)*

, 37, 2 [= BREV. VIIII, 27, 2] (369 Oct. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. ⌜Accusator, qui se laqueo legis adstringit, agnoscat nullum sibi fore ad latebram abolitionis recursum, postquam aliquid iniuriae merito inscribtionis inlatae tolerarit inscribtus, id est si vel

IVST.

⌜Fallaciter incusantibus accusationis abolitio non dabitur. Sin autem sincera mente accusationem instituerit et reus aliquid iniuriae inscriptionis illatae toleraverit, id est si vel carcerem sustinue-

1 et *om. O* 2 ppo] *VH*, po *PM*, pu *L*, pfu *GC*, ppm *E* 3 asstrinxit *G*, constringit *Pith. (cum Par. 4403 A)* cognoscat *H* 4 forte $G^aEL$, portae $G^b$, foro *Pith.*, *def. H* absolutionis *Pith. (ex 2)* 4/5 concursum *PMLS Pith.* 5/6 scribtionis *V* 6 toleraret *EPMLS*, tolerari *G* scriptus *PMLS* id est] idcirco *PML* si uel] siue *G*

## XXXVIII [BREV. XXVIII]. DE INDVLGENTIIS CRIMINVM.

VIIII, 38, 1 (322 Oct. 30).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Propter Crispi atque Helenae partum omnibus indulgemus praeter veneficos homicidas adulteros. ACC. III KAL. NOV. ROM(AE) PROBIANO et IVLIANO CONSS.

*V*

1 $\overline{ppo}$] *V*; *scr.* p̄ ū *Crispum uxorem duxisse nomine Helenam eamque a. 322 peperisse non video, cur in dubium vocetur, quamquam de femina ea eiusque partu praeterea memoria non extat. Subscriptio, si constitutio data est ad Maximum praefectum urbi, convenit cum laterculo praefectorum*

VIIII, 38, 2 (354 [immo 353] Sept. 6).

IMP. CONSTANTIVS A. AD CERREALEM P(RAEFECTVM) V(RBI). Omnia penitus amputentur, quae tyrannicum tempus poterat habere tristissima. Universos ergo praecipimus esse securos exceptis quinque criminibus, quae capite vindicantur. DAT. VIII ID. SEP. LVGDVNI CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTE C. CONSS.

*V*

1 paenitus *V* 3 lugduni] *Miraeus*, lygduni *V*rec., lygdunae *V* 4 a. uii] *scr.* a. ui *propter praefectum*

VIIII, 38, 3 (367 [369] Mai. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ob diem paschae, quem intimo corde celebramus, omnibus, quos reatus adstringit, carcer inclusit, claustra dissolvimus. Adtamen sacrilegus in maiestate, reus in mortuos, veneficus sive maleficus, adulter raptor homicida communione istius muneris separentur. DAT. III NON. MAI. ROM(AE) LVPICINO ET IOVINO CONSS.

*V*

3 maiestatem *Gothofredus* 5 iouiano *V*: *pro* Rom. *scr.* Remis: *annus mutandus propter seriem praefectorum*

VIIII, 38, 4 (368 Iun. 6).

IDEM AAA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Paschae celebritas postulat, ut, quoscumque nunc aegra exspectatio quaestionis poenaeque formido sollicitat, absolvamus. Decretis tamen veterum mos gerendus est, ne temere homicidii crimen, adulterii foeditatem, maiestatis iniuriam, maleficiorum scelus, insidias venenorum raptusque violentiam sinamus evadere. LECTA VIII ID. IVN. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE II AA. CONSS.

*V*

3 mos .... 3/4 foeditatem] *V*², morem *(mediis omissis)* *V*¹

VIIII, 38, 5 (371 Mai. 19).

IDEM AAA. AD SENATVM. Indulgentia, patres conscribti, quos liberat notat nec infamiam criminis tollit, sed poenae gratiam facit. || In uno hoc aut in duobus || *fin.* IVST. reis ratum sit: qui indulgentiam senatui dat, damnat senatum. DAT. XIIII KAL. IVN. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO A. II ET PROBO CONSS.

*V*. — IVST. 9, 43, 3.

3 xiiii] xii *Iust. (Hal. R)*

[, 38, 6 (381 Iul. 21).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD ANTIDIVM V. C. VIC(ARI)VM. Paschalis laetitiae dies ne illa quidem gemere sinit ingenia, quae flagitia fecerunt; pateat insuetis horridus carcer aliquando luminibus. Alienum autem censemus ab indulgentia, qui nefariam criminum conscientiam in maiestatem superbe animaverit, qui parricidali furore raptus sanguine proprio manum tinxit, qui cuiusque praeterea hominis caede maculatus est, qui genialis tori ac lectuli fuit invasor alieni, qui verecundiae virginalis raptor extitit, qui venerandum cognati sanguinis vinculum profano caecus violavit incestu, vel qui noxiis quaesita graminibus et diris inmurmurata secretis mentis et corporis venena conposuit, aut qui sacri oris imitator et divinorum vultuum adpetitor venerabiles formas sacrilegio eruditus inpressit. || His ergo tali quoque sub absolutione damnatis || *inc.* IVST. indultum nostrae serenitatis eo praecepti fine concludimus, ut remissionem veniae crimina nisi semel commissa non habeant, ne in eos liberalitatis augustae referatur humanitas, qui inpunitatem veteris admissi non emendationi potius quam consuetudini deputarunt. RECITATA XII KAL. AVG. ROM(AE) SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

*V.* — IVST. 1, 4, 3.

2 gemere] *scripsi*, temere $V^1$, timere $V^2$, tenere *Cuiacius* 9 quis|acrioris $V^1$, quis a|acrioris $V^2$ 10 quoque] *om. Iust. (praeter R)* absolutione] *V Iust.* ($R^a$?), astrictione *Iust. (reliqui)*

I, 38, 7 (384 Mart. 22).

IDEM AAA. AD MARCIANVM VIC(ARIVM). Religio anniversariae obsecrationis hortatur, ut omnes omnino periculo carceris metuque poenarum eximi iuberemus, qui leviore crimine rei sunt postulati. Unde apparet eos excipi, quos atrox cupiditas in scelera compulit saeviora: in quibus est primum crimen et maxime maiestatis, deinde homicidii veneficiique ac maleficiorum, stupri atque adulterii parique immanitate sacrilegii sepulchrique violatio, raptus monetaeque adulterata figuratio. DAT. XI KAL. APRIL. MED(IOLANO) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

*V*

3 postulat *V* 4 maximum *Cuiacius* 7 clearch *V*

I, 38, 8 [= BREV. VIIII, 28, 1] (385 Febr. 25).

IDEM AAA. AD NEOTERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nemo deinceps tardiores fortassis affatus nostrae perennitatis exspectet: exsequantur iudices, quod indulgere consuevimus. Ubi primum dies paschalis extiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincla solvantur. Sed ab his secernimus eos, quibus contaminari potius gaudia laetitiamque communem, si dimittantur, advertimus. Quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? quis adultero ⌈ vel incesti reo tempore castitatis ignoscat? quis non raptorem ⌈ in summa quiete et gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiat requiem vinculorum, qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sivit; patiatur tormenta veneficus maleficus

IVST.
⌈ vel stupri
⌈ virginis

1 idem] grat. ualent. (ual. gr. *O*) et theod. (et theod. *om. O*) *brev.*, gr. ual. th. et arc. *Iust.* neotherium *VC*, neuterium *HGOEPMLS* ppu $G^b$, ppm *E* tardioris *E*, artiores (-rem *L*) *PMLS* fortasse *G* 2 adflatus *H*, affectus *OC* perennitatis] *VHE*$^t$*OPML Iust.*, serenitatis *GE*$^v$*CS* exequantur] set e. *O* conseuimus *HM* 3 paschales extiterint *PMLS* omnia *G* uincula *HGOCS* 3/4 soluantur] dissoluantur *Iust. (praeter Q)* 4 contaminare *PML* 4/5 commune $L^b$, comine $L^a$ 5 dimittuntur *O* aduertimus] *VGOES*, auertimus *HPML*, animaduertimus *C Iust.* 6 sanctis] sacris *C* indulgentia *L* adulterum *EL* incestis *GC* tempore] in t. *C* 7 raptore *LS* in *om. PMLS* quiete] que *L* 8 gaudia *E* institius $L^a$, instantiam $G^a$ accipiant *H*, accipit *L* 9 qui *om.* $H^a$ quiesceri *S* sepultus $G^t$*E*, sero ultos *L* quidam $G^a$ 10 inmanitatem *E* siuit] *VOC*, seuit *E*, sinit *GPMLS Iust.*, sinunt *H* maleficus] et m. *G*

⌜adulteratorque⌝ monetae; homicida ⌜ quod fecit semper expectet; reus etiam maiestatis de domino, adversum quem talia molitus est, veniam sperare non debet. DAT. V KAL. MART. MED(IOLANO) ARCADIO A. I ET BAVTONE V. C. CONSS.

| ⌜adulterator violatorque⌝ | ⌜et parricida |
|---|---|

**INTERPRETATIO. Sacrilegus adulter incestus reus, raptor sepulchrorum violator veneficus maleficus adulterator monetae homicida diebus paschae nullatenus absolvantur. Reliqui omnes, quos minorum causarum culpa constringit, diebus venerabilis paschae specialiter absolvantur.**

*V.* — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 1, 4, 3.

**1 homicidia *S* 1/2 expetet *L* 2 aduersum *VC*, aduersus *HGOEPMLS Iust.* 3 tali *M* uenia *L* debeat *PMLS* 3/4 dat. u (xu *E*, *om. Iust.*) k. mart. med. *(om. EPM)* arc. a. *(om. VHE)* i (semel *E*, *om. HGN**) et bautone (-no *S*) v. c. *(sic Iust. [Hal.], om. libri nostri) libri* 5 incestis *G*[a], incesti *E* reus *om. S* 7 uenerabiles *L*, uenerabilibus *H(?) edd.***

VIIII, 38, 9 (396 Aug. 31).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD CAESARIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Devotissimae nobis provinciae Lyciae priorem famam meritumque inter ceteras renovari censemus, idque excellens eminentia tua edictis propositis cunctis faciat innotescere, ne quis posthac civem Lycium contumelioso nomine iniuriae audeat vulnerare. Teneant honores suos, quos meritis ac laboribus perceperunt et a nostra serenitate sumpturi sunt; habeant praeteritas dignitates sperentque sui devotione venturas. Nec unius viri inlustris Tatiani tantum valuerit temporalis offensio, teterrimi iudicis inimici ut adhuc macula in Lycios perseveret, quae in ipso iam temporis absolutione consumpta est. DAT. PRID. KAL. SEPT. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. IIII ET HONOR(IO) A. III CONSS.

*V*

4 iniuriae] *V*[2], iinuriae *V*[1] 7 athuc *V*[1]

VIIII, 38, 10 (400 [405] Aug. 6).

IDEM AA. ET THEOD(OSIVS) A. ROMVLO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes omnium criminum reos vel deportatione depulsos vel relegatione aut metallis deputatos, quos insulae variis servitutibus aut loca desolata susceperunt, hac nostra indulgentia liberamus, separatis illis, qui ad locum poenae destinatum contra iudicum sententias ire noluerunt. Indignus est enim humanitate, qui post damnationem commisit in legem. DAT. VIII ID. AVG. RAV(ENNAE) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

*V*

1 ppo] *tam hanc constitutionem quam alteram a. 404 Apr. 22 inscriptam* Romuliano ppo *Tillemont (ad Honorium not. 13) censet datas esse ad Flavium Pisidium Romulum praefectum urbi; sed videtur is ea praefectura functus esse a. 403 neque postea obtinuisse praetorianam* 5/6 *propter consules vide ad 2, 8, 24*

VIIII, 38, 11 (410 Febr. 12).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. GAISONI COMITI ET MAG(IS)TRO OFF(ICI)OR(VM). POST ALIA: De his, qui tyrannicae praesumptionis . . . aut sacramenta sectati ad nostrum imperium redierunt, hanc volumus esse sententiam, ut, quos inter incendia tyrannidis adsumptae fidelis paenitudo revocavit, ordinem et fructum militiae non amittant. Eos vero, quibus lentum regressum necessitas desperationis indixit, soluto cingulo matricula convenit aboleri, ita ut illud quoque par reverentiae forma custodiat, ne redire ei ad pristi-

1 osfor (offor *em. m. rec.*) *V* 2 aut *(del. m. rec.) V: hiatum indicavi ego*

nam militiam liceat, qui aliud militandi genus elegerit. DAT. PRID. ID. FEB. RAV(ENNAE) VARANA CONS.

*V*

I, 38, 12 (410 [?] Aug. 6).

IDEM AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Liberata re publica tyrannidis iniuria omnium criminum reos relaxari praecipimus. DAT. VIII ID. AVG. RAV(ENNAE) VARANA V̄. C̄. CONS.

*V*

2 *reliquae constitutiones ad Palladium datae cum sint a. 415—421, erratum est aut in inscriptione aut in subscriptione (cf. Tillemont ad Honorium not. 31).*

## XXXVIIII [= BREV. XXVIIII]. DE CALVMNIATORIBVS.

de calumpniato *O.* — *Iust.* 9, 46.

I, 39, 1 [= BREV. VIIII, 29, 1] (383 Dec. 30).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. HELLEBICO COM(ITI) ET MAG(IS)TRO VTRIVSQVE MIL(ITIAE). Non est ratio, qua manifesti calumniatoris supplicium differatur. Nec enim patimur frequenter iterari, quae consistere prima actione non quiverint, atque alienam innocentiam securitatemque sine crimine damnabili adpetitione terreri. DAT. III KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

Istae leges sub eodem titulo similem interpretationem habent.

*V.* — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).*

1 et *om. G* hellebico] *VH*, hillibico *G*, ellibico *OPM*, ellibaco *C*, ellbio *L*, et libico *S*, hilladio *E*, hiladio *Pith.*, ellebisco *Pith.*, illirico *Pith.* comiti (-te *HS*) et *(om. L) om. O* 1/2 magistro *(om. L)* utr. mil.] mag. militum u. m. *O* 2 qua] *HOEC*, quam $VG^t PML$, ut $G^v$ manifeste *GE* calumniatores *GL* supplicio *G* differantur $G^b$, deferatur *HPML* 3 iterare *GC* non quiuerint] non quiuerunt *C*, non quieuerint *HGE*, non qui uenerint *L*, nequiuerint *O* 4 damnabile *L* adpetitione] petitione *GPML* 4/5 dat. iii k. ian. (iul. *G*) constantinopoli (-lim *HG*) merobaude (-do *PMS*) ii *(om. ES)* et sat. (ppo *ins. G*) *libri* 6 istae leges *(sic PMS*, stae leges *H*, lex ista *L)* s. e. t. similem interpr. habent (habet *L*) *HGP (char. div.) MLS*, istae tres unum habent *G*, *om. EC*

I, 39, 2 [= BREV. VIIII, 29, 2] (385 Mai. 8).

IDEM AAA. MENANDRO VIC(ARIO) ASIAE. Nostris et parentum nostrorum constitutionibus conprehensum est eos, qui accusationem alienis nominibus praesumpsissent, delatorum numero esse ducendos. Atque ideo calumniosissimum caput et personam iudicio inritae delationis infamem ⌜deportatio⌝ sequatur, quo posthac singuli universique cognoscant non licere in eo ⌜principum⌝ animos conmovere,

| ⌜supplicium⌝ IVST. |
| ⌜iudicum⌝ IVST. |

1 idem] imppp. idem *C* aa *V* menandro] *H GEC Pith. (ex 2) Iust.*, menandrio *V*, freandro *PML*, frenando *S* uic] uc *E*, uiro claro *S* nostris et *om. G* 2 compr. est *om.* $H^a$ eos] ut eos *G* accusatione *L* praesumpserint *G* dilatorum *G* 3 numero] nomine *PMLS* ducendos] damnandos *Pith. (ex Par. 4403 A)* calumniasissimum *S* indicio *om.* $H^a$ inritae] $V^2$, irritae $V^1$ 4 dilationis *HC PML* infamis $G^b$ sequatur] *VHC*, persequatur $G^v$*EL*, prosequatur *PMS Pith.*, sequestratur $G^t$ quod *HGE*, quae *S* posthaec *HG*, post hoc *E* 5 eo] eum *GE* commoueri *GS*, mouere $V^1$

quod non possit ostendi. DAT. VIII ID. MAI. CONSTANTINOP(OLI) ARCADIO A. I ET BAVTONE V̄. C̄. CONSS.

Interpretatione non indiget.

---

*V.* — BREV. *(HG[O om.]ECPMLS).* — IVST. 9, 46, 8.

1 quod (quo *PML*) non possit (posset *PML*) ostendi (hostendi *V*) *post* 499, 5 in eo *Iust.* 1/2 dat. uiii (uii *HECPMS*, ui $N^{*}G$ *Iust. [L]*) id. (kal. *HGPM*) mai. (mart. $N^{*}G$) constantinopoli (-lim *G*) arc. a. *(om. HGEP)* i (xi *Pith.*, *om.* $HN^{*}GE$) et bautone (baudone *S*, merobaude *E*) ū. c̄. (uuco *PM*, uc̄c $N^{*}$, uiro claro *S*, *om. V et rel.*) *libri* 8 int. non indiget] *H*, *om. GECPMLS*

---

VIIII, 39, 3 [= BREV. VIIII, 29, 3] (398 Mart. 13).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. VICTORIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Innocentes sub specie falsae criminationis non patimur callidorum inpugnatione subverti: qui si temptaverint, intellegant sibimet severitatem legum pro commissis facinoribus incumbere. DAT. III ID. MART. MED(IOLANO) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Calumniatores sunt, quicumque causas ad se non pertinentes sine mandato alterius proposuerint. Calumniatores sunt, quicumque iusto iudicio victi causam iterare temptaverint. Calumniatores sunt, quicumque quod ad illos non pertinet petunt aut in iudicio proponunt. Calumniatores sunt, qui sub nomine fisci facultates impetunt alienas et innocentes quietos esse non permittunt. Calumniatores etiam sunt, qui falsa deferentes contra cuiuscumque innocentis personam principum animos ad iracundiam commovere praesumunt. Qui omnes infames effecti in exilio detrudentur. Hic de iure addendum, qui calumniatores esse possunt.

---

*V.* — BREV. *(ḢD[f. 219 om. praescr. et subscr. et interpr.]GOECPMLS).*

1 āā *om. O* uictorio] *HOE Pith.*, uictori $G^{b}$ *C Pith.*, uicto $G^{a}$, uicturo *V*, uicino *PMLS* procos.] p̄ ū *V*, p̄ō *G*, p̄f̄c̄ *E* 2 falsi criminis *H* non patimur *post* innocentes *O* subuerti] subueniri $G^{t}$ si] se *S* 3 sibimet] sibi et *GE* 3/4 dat. iii (iiii *GS*) id. (kal. *Pith.*) mart. med. *(om. G)* hon. a. *(om. PMS)* iiii (iii *PM*) et eut. (euticio *H*) *libri* 5 calumniatores ..... 6 proposuerint *om. D* sine] si *H* 6 proposuerunt *edd.* calumniatores ... 9 permittunt *om. D* causa *L* 7 quod] quae *O* pertinent *O* aut] ut *PMLS* in iudicio] indicio *G* 8 proponant *PMLS* qui] que *L* facultatis *L*, hereditates *O* alienis *L* 9 etiam *om. GO* 9/10 cui. inn. pers.] innocentium personas *O* 10 principis animum *E* iracundia *E* comm. praes. qui] instigant *O* *post* praesumunt *suppletur in margine, errore omnino*, et quietos esse non permittunt *(cf. v. 8/9) E* qui] hi *O*, hii *E* 11 exilium *OC* detrudantur *E*, detruduntur *G*, retrudentur *D*, trudantur *O* hic de iure *(om.* $H^{a}$*)* addendum (-da *H*) q. c. e. (non *ins. H*) possunt] *HDGC*, *om. OEPMLS*

## XL [= BREV. XXX]. DE POENIS.

*Iust. 9, 47.*

VIIII, 40, 1 [= BREV. VIIII, 30, 1] (314 [?] Nov. 3).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CATVLLINVM. Qui sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, ut non prius capitalem in quempiam promat severamque sententiam, quam in adulterii vel homicidii vel maleficii crimen aut sua confessione aut certe omnium, qui tormentis vel interrogationibus fuerint dediti, in unum conspirantem concordantemque rei finem convictus sit et sic in obiecto flagitio deprehensus, ut vix etiam ipse ea quae com-

---

1 ā *om. O* catullinum] *V*, catulinum *brev.* daturus $E^{t}PML$ 2 hoc teneat] optineat *E* capitale *L* promat] proponat *H* seueraque *H*, ueramque *Pith.* 3 crimen aut] *VH* $G^{a}ECM^{2}S$ *Iust.*, crimina ut $PM^{1}L$, crimine aut $OG^{b}$ sua] iu sua *G* 4 uel] aut *O* conspirantem concordantemque] $VOE^{1}CS$ *Iust.*, conspirantem non concordantemque $E^{2}$, concordantem conspirantemque $HG^{t}$, concordantes conspirantesque $G^{v}$, conspirantem concordiamque *PML*, conspirantium concordantiumque *Gothofredus* 5 fine *PML* uictus *S* obiecto (-tu *E Pith.*) flagitio (-tii *Pith.*) depr.] fl. d. o. *O* etiam] iam *Pith. (inde Cui. 1586)* ipse *ante* 501, 1 negare *O*

miserit negare sufficiat. DAT. III NON. NOV. TREV(IRIS), ACC. XV KAL. MAI. HADRVMET(O) VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reus ipse fateatur aut convictus vel per innocentes testes vel per conscios criminis sui aut homicidium aut adulterium aut maleficium commisisse manifestius convincatur.

*V.* — BREV. (*HGO[om. int.]ECPMLS*). — IVST. 9, 47, 16.

1 negrae *L*[a] 1/2 dat. iii (*sic VHG*, iiii *OECPMLS*) non. nou. treu. (raūn *N**) (*sequentia usque ad* uolusiano *om. O*) acc. (ā c̄ acept *E*) xu (u *S*, xii *C*) k. mai. hadr. (adrumeto *PM*, adrometo *S*, adrometi *E*, atromiti *H*, abromiti *N**, a *C*, uolusiano et anniano (aniano *N***CS*) *libri. Consulatus videtur referendus esse ad diem constitutionis datae potius quam acceptae, constitutio igitur adscribenda a. 314 magis quam a. 313* 3 discutens *PMS* 4 aut reus] ut reus *H* 5 manifestius] manifestum est *PML* cognoscatur *G*[t]

II, 40, 2 (315 [316?] Mart. 21).

IDEM A. EVMELIO. Si quis ⸢in ludum fuerit vel in metallum⸣ pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minime in eius facie scribatur, ⸢dum⸣ et in manibus et in suris possit poena damnationis una scribtione conprehendi, quo facies, quae ad similitudinem pulchritudinis caelestis est figurata, minime maculetur. DAT. XII KAL. APRIL. CAVILLVNO CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

⸢in metallum fuerit⸣ IVST.

⸢cum⸣ IVST.

*V.* — IVST. 9, 47, 17.

1 Eumelio] *vicarius Africae teste Augustino contra Cresconium 3, 82 (9 p. 476 Maur.) et brevic. 37 (l. c. p. 576) et adv. Donat. post coll. l. c. p. 614:* Constantinus ad Eumalium vicarium de purgatione Caecilii scripsit Sabino et Rufino cos. *(a. 316)* IIII id. Novembres. *Sed cum duo hi dies conciliari nequeant cum rescriptis datis ad vicarium Celsum (vide ad* 1, 22, 1*), probabile est hanc legem datam esse a. demum 316, id quod etiam cum loco convenit.* 6 cauilluno *V*[1], cabilluno *V*[2]

II, 40, 3 (319 Iul. 29).

IDEM A. AD FESTVM PRAESIDEM SARDINIAE. Quicumque cohercitionem mereri ex causis non gravibus videbuntur, in urbis Romae pistrina dedantur. Quod ubi tua sinceritas coeperit observare, omnes sciant eos, qui, sicut dictum est, ex levioribus causis huiusmodi meruerint subire sententiam, ergastulis vel pistrinis esse dedendos adque ad urbem Romam, id est ad praefectum annonae, sub idonea prosecutione mittendos. DAT. IIII KAL. AVG. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CONSS.

*V*

III, 40, 4 (346 [?] Oct. 15).

IMP. CONSTANTIVS A. THEODORO V(IRO) P(ERFECTISSIMO) PRAESIDI ARABIAE. Dum reis manifesta probatione convictis spatium ante sententiam temporis datur, facultas supplicandi ⌈ criminosissimis patet, cum in homicidii crimine et in aliis ⸢detecti⸣ gravioribus causis ultio differenda non sit. Igitur ⸢quidem qui iam impetraverunt, ad veniam pertineant⸣: de cetero ⸢vero⸣ iuxta criminis qualitatem legem oportet servari et in scelero-

IVST.

⌈ vel quibusdam malignis artibus tam praesidum quam officiorum poenas evitandi

⸢detectis⸣

⸢quidem . . . pertineant⸣ *om.*

⸢vero⸣ *om.*

7/8 igitur quidem] *scr.* ii quidem

sos et in noxios proferri iuris sententiam. DAT. ID. OCTOB. CONSTANTIO A. IIII ET CONSTANTE C. CONSS.

*V.* — IVST. 9, 47, 18.

1/2 constante c̄] *sic V; si est a. 346, scr.* Constantio A. IIII et Constante A. III, *si est a. 352, scr.* Constantio A. V et Constante C.

VIIII, 40, 5 (364 Iun. 9).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Leviorum criminum reos excellens auctoritas tua pistrinis iubebit legum aequitate servata damnari, sub hac videlicet observantia, ut sub obtutibus tuis semper pistoribus praecipiantur adsignari, ne, dum occulte per nequissimos commentarienses traduntur, gratia venalis existat. DAT. V ID. IVN. NAISSO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V*

5 u] *scr.* ui *propter iunctas*

VIIII, 40, 6 (364 Iun. 11).

IDEM AA. ARTEMIO. Omnes, qui in levioribus criminibus rei deteguntur, pistrinorum exercitio urbis Romae damnare debebis, ita ut transmissio eorum ad officium praefecti annonae sine aliqua tergiversatione celebretur. DAT. III ID. IVN. NAISSO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V*

1 arthemio *V: corrector Lucaniae et Bruttiorum (cf. 8, 3, 1)*

VIIII, 40, 7 (364 Oct. 8).

IDEM AA. ARTEMIO. Nullum ex his, quos pistrinis qualitas condemnationis addixerit, inpertita ceteris reis indulgentia relaxari oportet, nisi aliquis speciale serenitatis nostrae meruerit reportare rescribtum. DAT. VIII ID. OCTOB. ALTINO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V*

1 arthemio *V: corrector Lucaniae et Bruttiorum (cf. 8, 3, 1)*

VIIII, 40, 8 (365 Ian. 15).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quicumque Christianus sit in quolibet crimine deprehensus, ludo non adiudicetur. Quod si quisquam iudicum fecerit, et ipse graviter notabitur et officium eius multae maximae subiacebit. DAT. XVIII KAL. FEB. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

VIIII, 40, 9 (368? 370? Apr. 11).

IDEM AA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ne quis pro cohercitione delicti vel pistoribus vel cuicumque alteri corpori, cum alterius sit corporis, addicatur; sed unusquisque pro crimine, in quo fuerit deprehensus, motum congruae severitatis excipiet. DAT. III ID. APRIL. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V.* — IVST. 9, 47, 19.

1 impp. gratianus et ualentinianus aa. *Iust.* 3 excipiat *Iust.*

40, 10 [= BREV. VIIII, 30, 2] (366 Oct. 8).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PRAETEXTATVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quotiens in senatorii ordinis viros pro qualitate peccati austerior fuerit ultio proferenda, nostra potissimum explorentur arbitria, quo rerum adque gestorum tenore comperto eam formam statuere possimus, quam modus facti contemplatioque dictaverit. DAT. VIII ID. OCTOB. REMIS GRATIANO A. I ET DAGALAIFO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quando aliquae maiores personae aut alicuius dignitatis viri vocantur in crimine, iudex ad rerum dominos referat, ut de huiusmodi personis quid fieri debeat, dominorum praeceptio iusta constituat.

---

*V.* — BREV. (*HGO[om. int.]ECPMLS*).

1 et *om. O* gratianus] archadius *G* p ū] *V*, pfu *C*, ppo *L*, pp *Pith.*, po *PM*, pc *G*, ppm *E*, praepositum *S*, *om. H* 2 senatorio *E* 4 statuere] instituere *Pith.* (*cum Par. 4403 A*) possumus *E* 4/5 dat. uiii (iiii *O*) id. oct. remis (remus *N**) grat. a. (*om. EPMS*) i (*om. GOECPMS*) et dagalaifo (*sic VHOEPM*, dagaleufo *G*, daagalaifo *N**, dagaliofo *C*) *libri*: *Praetextatus cum urbem rexerit post Viventium (a. 367. 368), emendanda est subscriptio ad 14, 4, 4* 6 maioris *E* alicus *L* uocatur *L* 7 crimine] crimen *edd.* ad] ac *H* referat *om. L* qui $G^a$ 8 instituat $G^v$

---

40, 11 (367 [366] Apr. 9).

IDEM AAA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Neminem de numinis nostri sacrario prodeuntem harena suscipiat, lanista doceat, saeva meditatio et pugnatrix exerceat; multa si quidem possunt esse supplicia, quibus culpa plectatur. DAT. V ID. APRIL. LVPICINO ET IOVIANO CONSS.

---

*V*

3/4 *annus mutandus propter seriem praefectorum* 4 *scr.* iouino

---

40, 12 (378 Nov. 30).

IMPPP. VALENS, GRATIANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD ANTONIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Campaniae consularibus formam iudicationis adscribimus, ne in loco certa condicione finito modum animadversionis excedant neque extra provinciam suam ius relegationis exerceant. DAT. PRID. KAL. DECEMB. TREV(IRIS) VALENTE VI ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

---

*V*

---

40, 13 [= BREV. VIIII, 30, 3] (382 [390?] Aug. 18).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. FLAVIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI ET ITAL(IAE). Si vindicari in aliquos severius contra nostram consuetudinem pro causae intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire poenam aut excipere sententiam, sed per dies XXX super statu eorum sors et fortuna suspensa sit. Reos sane accipiat vinciatque custodia et excubiis sollertibus vigilanter observet. DAT. XV KAL. SEPT. VERONAE ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

INTERPRETATIO. Si princeps cuiuscumque gravi accusatione commotus quemquam occidi praeceperit, non statim a iudicibus, quae ab irato principe iussa sunt, conpleantur, sed triginta diebus qui puniri iussus est, reservetur, donec pietas dominorum iustitiae amica subveniat.

---

*V.* — BREV. (*HGO[om. int.]ECPMLS*). — IVST. 9, 47, 20.

1 grat. ual. et theod.] idem *O* pfpo *C*, pfu [illegible] $G^b$ 2 illyrici (hilliricae *H*) et *om.* [illegible] *L*, uindicare *Pith.* 3 intuiti *L* [illegible] sentiam $G^a$ 4 super *om. L* [illegible] reus $G^aE$ accipiant *O* 5 uinciantque *H*, uincla (uincula *O*) atque *OE*, uindicta atque *G* uigilianter *G* obseruent *OE* 5/6 dat. xu k. sept. ueronae (*om. H*) antonio (antonino *Pith.*, *om. E*) et syagrio *libri*. — *Propter subscriptionem vide ad 7, 18, 8* 8 conpleatur *L*, impleantur *E*

VIIII, 40, 14 (385 Iun. [?] 1).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ne diu apparitorum prava admodum venalisque perfidia in publica impune commoda desaeviret, ˹censuimus˺ etiam in absentes pro conpetenti ultione debere consurgi. DAT. KAL. IVN. ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

| ˹censemus˺ IVST. |
|---|

*V.* — IVST. 9, 47, 21.

4 i *addidi.* — *Collatis reliquis constitutionibus datis ad Neoterium pr. pr. probabile fit hanc datam esse post Iul. 26.*

---

VIIII, 40, 15 (392 Mart. 13).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis convictus reus maximi criminis fuerit subiectusque sententiae, conpetens iudicium conpleatur nec exquisita commentis ars eiusmodi subornetur, ut direptus a clericis adseratur vel appellasse simuletur. Quod si quisquam post iudicium vendibili coniventia licentiae huic praestiterit adsensum, haut levia sustinebit. Nam proconsules, comites Orientis, praefecti Aug(ustales), vicarii etiam adfecti nota deformi tricenas auri libras conpendiis fiscalibus conferent, iudices autem ordinarii similiter deformati quinas denas cogentur exsolvere. Officia vero eorundem isdem, quibus iudices sui, dispendiis subiacebunt, si in suggestione cessaverint ac non praeceptum legis ingesserint atque iniecta manu, ne rei auferantur, obstiterint ac nisi id quod fuerit constitutum in effectum executionemque perduxerint. DAT. III ID. MART. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

*V*

4 conhibentia *V* 7 hisdem *V*

---

VIIII, 40, 16 (398 Iul. 27).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: ‖ Addictos supplicio et pro criminum immanitate damnatos nulli clericorum vel monachorum, eorum etiam, quos synoditas vocant, per vim adque usurpationem vindicare liceat ac tenere. ‖ Quibus in causa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendae provocationis copiam non negamus, ut ibi diligentius examinetur, ubi contra hominis salutem ˹vel errore˺ vel gratia cognitoris obpressa putatur esse iustitia: ea condicione, ut, ˹sive pro consule, comes Orientis, praefectus Augustalis˺, vicarii fuerint cognitores, non tam ad clementiam nostram quam ad amplissimas potestates sciant esse referendum. Eorum enim de his plenum volumus esse iudicium, qui, si ita res est
1 et crimen exegerit, rectius possint punire damnatos. ‖ ⌈ Reos ˹etiam tempore provocationis emenso˺ ad locum poenae sub prosecutione pergentes nullus aut teneat aut defendat, sed sciat se cognitor XXX librarum auri multa, primates officii capitali esse sententia feriendos, nisi usurpatio ista aut protinus vindicetur aut, si tanta clericorum ac monachorum audacia est, ut bellum potius quam iudicium futurum esse existimetur, ad clementiam nostram commissa referantur, ut nostro mox severior ultio
2 procedat arbitrio. Ad episcoporum sane culpam ut cetera redundabit, si quid forte in

| IVST. 1, 4, 6 | IVST. 7, 62, 29 |
|---|---|
| ‖ *inc.* | ‖ *inc.* |
| ‖ *finit* | |
| | ˹per errorem˺ |
| | ˹si proconsules vel comes Or. Aug.˺ |
| ‖ *redit* \| ⌈ Sed ˹etiam . . . emenso˺ *om.* | ‖ *finit* |

1/2 post alia eutychiano ppo *V*, ad eutychianum ppo post alia *lex gemina 11, 30, 57:* rufino pp. *Iust. (R*[b]*) 7, 62, 29,* rino *Iust. (R) 1, 4, 6* 4 cynobitas *V* rec., *eademque manus in margine addidit* coenobitus 10 pro consule] *V et hic et in l. gem.*, proconsules uel *Iust.* praefectus *om. gem.* 14 *in* damnatos *finit gem.* 16 aut teneat] teneat *Iust.* 19 ac] aut *Iust.* 21 arbitrio *post* 20 nostro *Iust.*

ea parte regionis, in qua ipsi populo Christianae religionis doctrinae insinuatione moderantur, ex his quae fieri hac lege prohibemus a monachis perpetratum esse cognoverint nec vindicaverint. ‖ Ex quorum numero rectius, si quos forte sibi deesse arbitrantur, clericos ordinabunt. ET CETERA. DAT. VI KAL. AVG. MNYZO HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

‖ *fin.* IVST. 1, 4, 6

*V.* — GEMINA 11, 30, 54; *cf.* 16, 2, 32. — IVST. 1, 4, 6. 7, 62, 29.

1 populos *Iust.* 2 prohibuimus *Iust.* 4 mnyzo] *V*, mniso *gem.*, mni. e *Iust. (D)*

VIIII, 40, 17 (399 Ian. [?] 17).

IDEM AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes res Eutropi, qui quondam praepositus sacri cubiculi fuit, aerarii nostri calculis adiunximus, erepto splendore eius et consulatu a taetra inluvie et a commemoratione nominis eius et caenosis sordibus vindicato, ut eiusdem universis actibus antiquatis omnia mutescant tempora nec eius enumeratione saeculi nostri labes appareat nec ingemiscant aut qui sua virtute ac vulneribus Romanos fines propagant vel qui eosdem serva ndi iuris aequitate custodiunt, quod divinum praemium consulatus lutulentum prodigium contagione foedavit. Patriciatus etiam dignitate atque omnibus inferioribus spoliatum se esse cognoscat, quas morum polluit scaevitate. Omnes statuas, omnia simulacra, tam ex aere quam ex marmore seu ex fucis quam ex quacumque materia quae apta est effingendis, ab omnibus civitatibus oppidis locisque privatis ac publicis praecipimus aboleri, ne tamquam nota nostri saeculi obtutus polluat intuentum. Adhibitis itaque fidis custodibus ad Cyprum insulam perducatur, in qua tua sublimitas relegatum esse cognoscat, ut ibidem pervigili cura vallatus nequeat suarum cogitationum rabie cuncta miscere. DAT. XVI KAL. FEB. CONSTANTINOP(OLI) THEODORO V. C. CONS.

*V*

5 ingemiscant] *Gothofredus*, ingemescat *V* 8 quas] *Gothofredus*, quos *V* 10 effigendis *V* 12 adhibitus *(em. m. rec.) V* 14 *secundum rerum scriptores Eutropius vix potest in exilium missus esse ante eius anni autumnum (v. Tillemont ad Arcadium not. 22); praeterea constat Eutychianum praefectum mansisse ad Iul. 25, eius locum obtinuisse Aurelianum Aug. 27. Itaque mensis corruptus sit necesse est.*

VIIII, 40, 18 [= BREV. VIIII, 30, 4] (399 Iul. 25).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Sancimus ibi esse poenam, ubi et noxa est. Propinquos notos familiares procul a calumnia submovemus, quos reos sceleris societas non facit; nec enim adfinitas vel amicitia nefarium cr imen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores nec ulterius progrediatur metus , quam repperitur delictum. Hoc singulis quibusque iudicibus intimetur. DAT. VIII KAL. AVG. CONSTANTINOP(OLI) THEODORO V. C. CONS.

INTERPRETATIO. Poena illum tantum sequatur , qui crimen admisit. Propinqui vero, adfines vel amici, familiares vel noti, si conscii criminis non sunt, non teneantur obnoxii. Nemo de propinquitate criminosi aut de amicitiis timeat, nisi qui scelus admiserit.

*V.* — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 47, 22. — BVRG. R. 24.

1 idem] *V*, arc. et honor. *brev.* aa *om. O* eutychiano (eufiano *PMS*, eusianum *L*) ppo *om. CO* ibi] sibi *E* et *om. H* noxa] *V¹ brev.*, noxia *V rec.* 2 notos] *brev. (praeter HE) Iust.*, notus *E*, nostros *VH* (?) familiares] et f. *HGE* procul a] pro *H* calumniam *HPM* quos] quod *GPML* sceleris] saecularis *PML* 3 facit] *VHOS Iust.*, faciat *GCPML* amitio *L* nefario *Pith.* admittant *C* 4 teneatur *L* alterius *Gᵃ* metus] mens *Gᵗ* rep(p)eritur] *VHOC*, repperiatur *EPMLS*, reperiretur *Gᵛ*, reciperetur (recipetur *Gᵃ*) *Gᵗ*, reperietur *Iust.* hoc] hoc in *L* 5/6 dat. uiii (ix *O*, xuiiii *Cᵃ*, xiiii *Cᵇ*, *om. G*) k. aug. constantinopoli (-lim *HG*) theodoro (theudoro *PM*) uc (uiro claro *S*, uic. *N*EC*) *libri* 7 poenam *Gᵃ* 8 amici] aliqui *PML* tenentur *PMS* nimo *M* 9 criminosa *PML* amiciis *G*, amicus *L* timeat] teneat *Gᵗ*

VIIII, 40, 19 (408 Nov. 11).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. DONATO P(RO)C(ONSVLI) AFRIC(AE). **Satellites Gildonis custodiis mancipentur et proscribtione damnentur.** DAT. III ID. NOV. BASSO ET PHILIPPO CONSS.

*V*

1 proconsuli] pū *V*

---

VIIII, 40, 20 (408 Nov. 22).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis ex proscribtorum numero comitatum nostrae serenitatis sive moenia aeternae urbis intraverit, deportatione plectetur. DAT. X KAL. DEC. BASSO ET PHILIPPO CONSS.

*V*

3 dec.] *sic propter praecedentem et iunctas,* octob. *V*

---

VIIII, 40, 21 (412 [413?] Iul. 5).

IDEM AA. HONORATIS ET PROVINCIALIBVS AFRIC(AE). Heraclianum hostem publicum iudicantes digna censuimus auctoritate puniri, ut eius resecentur infaustae cervices. Eius quoque satellites pari intentione persequimur. Sed hanc omnibus privatis atque militantibus licentiam damus, et omnes prodendi in medium habeant liberam facultatem nec invidiam metuat qui ad publicum deduxerit criminosum, cum illud specialiter caveamus, ne ullus aliquem eorum aut subtrahendum iudicet aut celandum neve ex eorum facultatibus vel deposita deneget vel accepta non prodat. DAT. III NON. IVL. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*V*

5 inuidia *V* 7 *subscriptionem emendavit Gothofredus ad alteram 15, 14, 13:* III non. Aug. Ravenna p̄. c̄. Honorii VIIII et Theodosii V AA., *recte ut videtur; nam quamquam constitutio haec emitti potuit Heracliano nondum devicto, cum consulatum a. 413 is iniisse videatur (cf. Prosper ad h. a. et chron. min. 3 p. 527), rebellio eius non poterit retrahi ad aestatem a. 412.*

---

VIIII, 40, 22 (414 Apr. 18).

IDEM AA. AD ANTHEMIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Omnes, quos damnationis condicio diversis exiliis destinatos metas temporis praestituti in carceris implesse custodia deprehendit, solutos poena vinculisque laxatos custodia liberari praecipimus nec ullas exilii ⌈postmodum⌉ miserias formidare. Sit satis inmensorum cruciatuum semel eluisse supplicia, ne, qui aurae communis haustu et lucis aspectu diu privati sunt ⌈intra⌉ breve spatium catenarum ponderibus praegravati, etiam exilii poenam sustinere iterum conpellantur. DAT. XIIII KAL. MAI. CONSTANTIO ET CONSTANTE VV. CC. CONSS.

⌈ ⌉ *om.* IVST.

⌈non intra⌉ IVST.

*V.* — IVST. 9, 47, 23.

1 aaa *V* 3/4 form. mis. ullas ex. *Iust.* 4 posmodum *V* 5 luisse *Iust.* 6 diu priu. sunt *post* 5 ne qui *Iust.* priiati *(em. m. rec.) V*

II, 40, 23 (416 Aug. 30).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Rectores provinciarum conveniri praecipimus, ut ii, qui pro suo crimine poenam exilii sub certo temporis spatio subire decreti sunt, exacto praefinito tempore nec claustris carceralibus nec in locis, in quibus exules versati sunt, teneantur. DAT. III KAL. SEPTEMB. EVDOXIOPOLI D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO V̄. C̄. CONSS.

*V.* — IVST. 9, 47, 24.

1 monachio *V* 2 hii *V*, hi *Iust.* 3 in quibus] quibus *Iust.* 4 iii] u *Iust.* *[L]*

---

II, 40, 24 (419 Sept. 24).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. His, qui conficiendi naves incognitam ante peritiam barbaris tradiderunt ⌜propter petitionem viri reverentissimi Asclepiadis Chersonesitanae civitatis episcopi imminenti poena et carcere liberatis⌝ capitale ⌜tam ipsis quam etiam ceteris⌝ supplicium proponi decernimus [] si quid simile fuerit in posterum perpetratum. DAT. VIII KAL. OCTOB. CONSTANTINOP(OLI) MONAXIO ET PLINTA CONSS.

IVST. ⌜*om.*⌝ ⌜*om.*⌝ || *fin.*

*V.* — IVST. 9, 47, 25.

3 cersonaesitanae *V* 5/6 uiii k. octob.] *V*, u k. sep. *Iust.* *(L)*

## XLI [= BREV. XXXI]. NE SINE IVSSV PRINCIPIS CERTIS IVDICIBVS LICEAT CONFISCARE

ne sine *(om. HS)* iussu pr. certis (ceteris *G*) iud. liceat *(om. L)* confiscare (infiscare *CE*)] ne sine principis iussione aliquid confiscetur *O*. — *Iust.* 9, 48.

II, 41, 1 [= BREV. VIIII, 31, 1] (425 Ian. 23),

IMP. THEOD(OSIVS) A. ET VAL(ENTINI)ANVS CAES. AD HIERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nulli iudicum exceptis his, qui in summa administrationis sunt positi potestate, ⌜vitae quoque noxiis ius adimendae sortiti sunt, quemquam omnino inconsulta nostra clementia in ullo genere criminationis tristi⌝ liceat proscribtionis tempestate ⌜percellere. Ad nos insimulationum genera, quaestionis ordo, criminum moles, documentorum
1 probationumque pensanda libramenta mittantur.⌝ Nemo sibi praesumat moderatorum provinciarumque rectorum sub quibuscumque infulis potestatis
2 quemquam patrimonii universis privare subsidiis. In illos gladii sui et ius severitatis exerceant, in quos statim destringi ferrum iura praecipiunt quorumque differri supplicium

⌜ ⌝ *om.* IVST.

⌜totius substantiae aliquem percellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referatur⌝ *fin.* IVST.

---

1 imp. theod. ā *(om. GO)* et *(om. L)* ualentīn (ualerianus *E*) c̄ (cesares *G*, consul *S*, aa *OL*) *libri* hierium] *VHOE*, hyerium *C*, inerium *G*, egedium *P*¹*MLS*, egydium *P*² 2 ppo] pfup *C*, pfu *G*, preposit *HO*, ppm *E* iudicium *E* 3 administratione *GEPMS*, administrationum *L* pos. sunt *G* uitae quoque] et uitae *O* 4 ius adim.] a. ius *O* quemquam] quem *G* inconsolata *E* 5 in ullo] *VO*, nullo *HE*, in nullo *GCPMS*, in nullum *L* gere *H*ᵃ liceat *post* 1 iudicum *Iust.* 6 proscriptio tempestatis *H* praecellere *HE* insimulationum] *O solus*, simulationum *V et rel.*, simulationem *H* 8 pensandam *L* 8/9 nemo mod. rect. que prou. sibi praes. *O* 9 infolis *H*, insulis *G*¹, infulae *PML* potestates *C* 10 uniuersis *om. O* in illos] *V*²*HGOPML*, in illo *V*¹, in illius *S*, nullos *C*, nullus in illos *E* sui] *scr. fortasse* sui uim seu. ius *O*, *fortasse recte* 11 quos] *HGOPM*, quo *VECLS* distringi *H LS*, constringi *G*, distringendi *E* ferro *G* quorumcumque *L* deferri *HEPMLS* supplicio *E*

materia est interitus plurimorum. DAT. X KAL. FEB. CONSTANTINOP(OLI) D. N. THEOD(OSIO) A XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. CONSS.

INTERPRETATIO. Nullus iudicum privatas facultates fisci nomine proscribere aut occupare praesumat, sed ad rerum dominos referat causam, pro qua hoc aliquis mereatur et quod iussum fuerit, observetur.

---

*V.* — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 48, 1.

1 materiae *H* est] sit *O* 1/2 dat. x (u *Iust.* *[L]*, *om. PMS Pith. [ex 3]*) k. feb. const. (consp *H*) dn. (*sic VCPM*, domno nostro *G*, ddnn *N**, ddn *H*, donato *S*, *om. OE)* theod. a. (*om.* *N*G)* xi (xii *G*, *om. N*PMS*) et ualent. (ualente *C*) c. (aug. *N**, *om. HPMS*) *libri* 3 priuatis *PML* praescribere *C* 4 referant *H* iussum *om. G*[a]

## XLII [= BREV. XXXII]. DE BONIS PROSCRIBTORVM SEV DAMNATORVM.

de bonis proscriptorum (prescriptorum *H*, perscriptorum *E*, *om. O*) seu (siue *G*, *om. O*) damn. *libri.* — *Iust.* 9, 49.

VIIII, 42, 1 (321 Febr. 27).

IMP. CONSTANTINVS A. PETRONIO PROBIANO. Res uxoris, quae vel successione qualibet
vel emptione vel etiam largitione viri in eam
ante reatum iure pervenerant, damnato ˹marito˺,
inlibatas esse praecipio nec alieni criminis in-
fortunio stringi uxorem, cum paternis maternisve
ac propriis frui eam integro legum statu religio-
sum sit. Et donatio maritalis ante tempus cri-
minis ac reatus conlata in uxorem, quia pudi-
citiae praemio cessit, observanda est, tamquam
si maritum eius natura, non poena subduxerit ⌈;
capacitatis privilegio videlicet et modo inspecto,
1 ut consideretur, quid capere potuit. ‖ Si quid
etiam in emancipatos liberos ante tempus cri-
minis ac reatus patrem contulisse claruerit, in-
tegrum isdem et citra inquietudinem reservetur.
2 Quod vero nec uxor nec emancipati liberi potue-
rint vindicare, captum ˹et incorporatum˺ ita ad
me referri specialiter censeo, ut illud quoque
addatur, utrum filios habeat qui damnatus est,
simulque adiciatur, utrum iidem apud se ex
3 causa donationis aliquid vindicarint. Sed in
his, qui fiscalibus actibus nexi sunt et pro ratio-
ciniis proscribuntur et condemnantur, placuit, si
quid proprium uxor habuit vel a marito datum,
˹in quantum capere potuit˺, ante initum actum,
ex quo origo fraudis ac vitii in iudicium deducta
est, si quid deinde in emancipatos filios dona-

IVST. 5, 16, 24 ˹ac mortuo ex poena marito vel in servilem condicionem ex poenae qualitate deducto˺

⌈ sin autem aqua et igni ei interdictum erit vel deportatio illata, non tamen mors ex poena subsecuta, donationes a viro in uxorem collatae adhuc in pendenti maneant, quia nec matrimonium huiusmodi casibus dissolvitur, ita ut, si usque ad vitae suae tempus maritus eas non revocaverit, ex morte eius confirmentur: fisco nostro ad easdem res nullam in posterum communionem habituro *fin.*

‖ IVST. 9, 49, 9

˹a publicis personis˺

˹in q. c. potuit˺ *om.*

---

1 Petronio Probiano] *de magistratu non constat* 10 maritum eius] *Iust.*, maritos eis *V* 12 ut c. q. c. potuit *delendum* 15 hisdem *V* et *om. Iust.* 20 idem *V* 21 uindicauerint *Iust.* 25 initum actum] *scripsi*, initium actum *V Iust. (LC)*, initium actus *Iust. (RQ)*: ante initium actionis *Summaria Vatic.*

tione conlatum ⌈, antequam ⌜orto nexu suffugium potius quam munificentia frausque temptetur⌝ intemeratum aput accipientium iura persistere; nec quicquam fisco in qualibet causa teneatur obnoxium, nisi quod in dominio proprio, cum obligari ortus est, habuit vel quod agens tam suo
4 quam uxoris vel filiorum vel cuiuscumque praeterea nomine conparavit. Exceptis dumtaxat Caesarianis ⌈, qui ab omni iuris beneficio excluduntur, nisi probata a me purgataque ratiocinia fuerint, ut quod innoxie habuerint transmittendi copiam habeant. DAT. III KAL. MART. SERDICAE CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

IVST. 9, 49, 9
⌈ est | ⌜crimen oriatur⌝
⌈ id est catholicianis

*V.* — IVST. 5, 16, 24. 9, 49, 9.

2 potius frausque quam munificentia *scr.* 6 ages *V*[a] 6/7 tam suo quam] *fortasse scr.* suo tamquam 8 exceptis] exc *evanuerunt in V* | 9 omni iuris] ur *evanida in V* 11 habuerint] *V*[2], f(?)uerint *V*[1]

II, 42, 2 (356 Mart. 8).

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CAES. AD POPVLVM. Si quem forte gladius ultor adflixerit aliave quaelibet vitam adimens poena consumpserit, usque ad tertium gradum generis copulationis eiusdem successio deferatur fisco penitus quiescente, ut accipiat hereditatem, qui eam iure civili vel praetorio poterat vindicare, de numero videlicet personarum, quas legis huius excepit auctoritas, sed ita, ut alia sit condicio damnatorum ex crimine maiestatis aut magicae. In his enim, etiamsi liberos damnatus habeat vel parentes, non condentes poenam, sed relinquentes antiquam, fisco fieri locum praecipimus. DAT. VIII ID. MART. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. CONSS.

*V.* — THEODERICVS 112. 113.

2 gradum] *V*[2] *(potius quam Vrec.)*, gladium *V*[1] 3 copulationis] cognationis *Gothofredus* paenitus *V* | 6 habeant *V (em. m. rec.)* 7 poena *V*[1]

II, 42, 3 (357 Aug. 28).

IDEM A. ET CAES. CAELESTINO CONSVLARI BAETICAE. Ubi aliquis pro qualitate criminis vivendi sententiam passus fisco fecerit locum, super occupandis rebus eius statim officium procuratoris patrimonii litteris tuis conveniatur, ut eadem corpora fisci viribus vindicentur et protinus super occupatione eorum scribtis conpetentibus intimetur. DAT. V KAL. SEPTEMB. CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

*V*

1 baeticae] be····· *V* criminis] iminis *evanuit in V* 2 uiuendi] uindicandi *Gothofredus*, | puniendi *Haenel* fisco] co *evanuit in V*

II, 42, 4 (358 Ian. 4).

IDEM A. AD TAVRVM. Vetueramus bona capite damnatorum fiscali dominio vindicari excepto crimine maiestatis et magicae, ut ea haberent usque ad gradum tertium sucessores eorum, quorum vitam severitas ademisset. Nunc vero bona capite damnatorum fiscali dominio vindicari decernimus sanctione illa, quam certa condicione dederamus, quiescente. DAT. PRID. NON. IAN. SIRMI, ACC. VI KAL. SEPT. DATIANO ET CEREALE CONSS.

*V*

1 ad taurum] *scilicet praefectum praetorio*

fuerit liberorum, partes inter utrumque parentem sextantibus impleantur, sin deerit, quadrantem pater, unciam mater accipiat. Quod si interfectus patrem tantum reliquerit, nihilo setius vindicatione trientis utatur, item si matrem, dummodo ea ius habeat liberorum. Sin autem sola supererit mater, Papiae tamen legis privilegiis destituta neque trino partu fecunditati publicae gratiosa, sextante contenta sit fisco dextantem usurpante.
2 Tertii capitis haec erit regula, ut secundi quoque gradus parentes, avum scilicet atque aviam paris beneficii foveat sanctio. Paternus tamen hoc casu, non etiam maternus, avus et avia quaerentur, ut quadrantem ex defuncti accipiant bonis ea divisionis lege, quae
3 circa patrem ac matrem diversis est casibus explicata. Iungimus tamen capite tertio avo aviaeque fratrem perempti ac sororem, ita ut in capita dividi quadrantem isdem existentibus sanciamus. Ac si cui perempto cum fratre ac sorore manserit consanguinitatis agnatio, sit duodecim tabulis locus ac ius civile praevaleat, ut avus atque avia, cognatorum gradu invitati, vinci se a legitimis adquiescant. Quo quidem casu tres unciae inter sororem ac fratrem aequaliter dividentur. Uterinus autem frater ac soror eodem gradu, quo avus et avia, vocabuntur. Sin omnes hae deerint punito necessitudines, fisco omnia vindicentur. DAT. XV KAL. IVL. THESSAL(ONICAE) GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

*VT [incipit* 511, 3 tus qui eos*]*.

1 sextantibus] $V^{rec.}$, extantibus *T*, sestantibus *V* impleantur] *V*, ex|.....tur *T* 2 mater unciam *T* 3 secius *T* dummodo] *T*, modo *V* 5 sestante *(em. m. rec.) V* dextantem] $V^{rec.}$, de ante $V^2$, deunce *T*, *om.* $V^1$ 7 etiam] *T*, et *V* 8 et auia] *V*, auia *T* quaerentur] $V^b$, quaeretur *T*, quaereretur $V^a$ quadantem $T^a$ accipiant] *scripsi*, accipiat *V*, .... *T* que *T* 10 auiaeque] aui|.....ae *T* hisdem *VT* 13 quide *T* 14 fratrer *(em. m. rec.) V* ac *om.* $V^1$ 15 hae deerint] *V*, heredes e(?)rint *T* 16 thessall. *VT*

VIIII, 42, 10 [= BREV. VIIII, 32, 2] (383 Apr. 6).

IDEM AAA. POSTVMIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ad beneficium legis Valentinianae pertineant postumi quoque puniti patris, ut bona faciant non caduca. Et ne quis partum qui fuerit vel subpositum arguat vel non subpositum mentiatur, si forte eo tempore, quo maritum severitas rapiet ad poenam, excepto tamen maiestatis reatu, sicut ante praeceptum est, gravidam se uxor adverterit, mittat ad iudicem, conveniat magistratus, maneat deposita de conceptione testatio, petantur futurae partitudinis testimonia adhibitisque custodibus fecunditas pudica servetur. Quippe illam fidem solam generis fisco nostro volumus esse potiorem, de cuius minime nativitate dubitetur. DAT. VIII ID. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quicumque damnatus praegnantem reliquerit uxorem, statim mulier de conceptu suo iudicem vel curiales contestetur, ut cum pepererit, in bonis damnati postumus, hoc est post mortem patris natus succedat.

*VT.* — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS)*.

1 idem] *VO*, grat. ualent. et theod. *HGEC*, grat. et ualent. *PMLS* portuno *L* ppo] pfu u $G^t$, uicario $G^v$ 1/2 ad beneficium (-cio *E*) leg. ualentinianae (-ne *T*, -ni *HL*, ualentianae *G*) pertineant (-neat *G*) postumi (postomiano *S*) q. puniti (unitati $G^v$) p. ut *(om. G)* b. faciant (faciat *PMS*, fiant *L*) n. caduca et *(om. S)* *om. O* 2 patrum *H* 3 qui] cum *PMLS* subpositum] expositum *PMLS* uel] uel quod *S* subpositum] expositum *PMLS*, subposito *Pith.* metiatur *L* si] nisi *E* eo] eodem *E* 4 meritum *PML* rapiet] *VTOC* rapit *HPMLS*, rapuit *G* reatus *T* 4/5 sicut pr. est *om. O* 5 grauida *L* mittam *G* conueniant *G*, cum ueniat *S* magistratos *E* maneat *om. S* 6 testatione *S* 7 reseruetur *HG*, *def. T* illa *PML* nostro] non *Pith.* 8 dubitatur *OG* 8/9 dat. uiii (uiiii *T*) id. (kal. *Pith.*) apr. const. mer. ii *(om. HGPMS)* et sat. *libri* 10 quicumque] quis *H*, quecumque *S* praegnantem] prignantem *M*, *om. PL* reliquit $E^bPM$, relinquit $E^aC$ 11 concepto *HE* iudicem uel] iudices et *PMLS* curialibus *E* neperit $HG^aES$, *post* damnati *G* 12 hoc] id *edd.*

42, 11 (393 Mai. 1).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qui pro atrocitate commissi formam eiusmodi sustinebunt, ut bona eorum proscribtionis nomine vindicata fiscalibus sint socianda corporibus, commemorationem nostrorum nominum in his titulis nolumus fieri, qui eorum postibus adfigentur, vel his, quorum ius ac proprietas auferetur. Officium etenim palatinum decem librarum auri multae dispendio vexabitur, si hoc deinceps crediderit neglegendum. DAT. KAL. MAI. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO V. C. CONSS.

VT. — *Scholia Vaticana:* praecipit damnatorum praedia confiscata a comite privatarum neque nomen proscribti neque nomen principis in titulis positis figi.

1 rufino ppo *om.* *T* 4 uel his] *V*, ... his *T*: *videtur delendum* 5 multae dispendio] *T*, | multa dispendioque *V* 6 dat.] *T*, dat. die *V*

42, 12 (393 Iun. 12).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnia proscribtorum bona, quae fisco iusserat Tatianus adnecti, vel ipsis, qui propriam nuditatem vel illis, qui suorum mortem in extrema positi egestate lugent, sine dubitationis obstaculo reddi praecipimus. DAT. PRID. ID. IVN. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO V. C. CONSS.

*VT*

1 proscribtorum omnia *T* 2 illis] *V*, ialis *(sic)* *T* 3 aegestate *T*

42, 13 (393 Iun. 12).

IDEM AAA. DREPANIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Omnia proscribtorum bona, quae fisci nomine singulis quibusque Tatianus eripuit, vel ipsis, qui gladio acerbiorem stilum passi aerumnas suas nuditatemque fleverunt vel eorum filiis ac propinquis, qui cruentas excepere sententias, restitui mox iubemus, ita ut omnes, qui aliquid ex huiusmodi bonis nostra liberalitate meruerunt, restituere indepta cogantur. DAT. PRID. ID. IVN. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III. ET ABVNDANTIO CONSS.

*VT*

1 aa adrepanio *T* crp *T* que *T* 2 aceruiorem *VT* 3 erumnas *V* que *om.* *V* | 5 iun.] ian. *VT*: *mutavimus ad praecedentem*

42, 14 (396 Febr. 13).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Serenitatis nostrae provisione solita commonemus, ut ea, quae Rufinus quondam, cum viveret, quoquo pacto possedit, in eodem statu interim maneant nec quisquam sibi post eius obitum spontaneam vindicandi tribuat potestatem. Nam qui transacto tempore siluit ac Rufinum tenere concessit, fiscum quoque nostrum sine praeiudicio possidere patiatur. Hoc edictis propositis per omnes provincias praecipimus divulgari, quo cuncti sciant iacturam se perpessuros graviorem totiusque rei familiaris periculum, nisi ante praeceptum nostrum manus ab his, quae Rufinus vivus possederat, voluerint abstinere. DAT. ID. FEB. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

*VT*

*T* 3 spontanea *T* 6 quo] *T*, quod *V* 7 potiusquae *T* 9 arcad a iiii *V*

VIIII, 42, 15 [= BREV. VIIII, 32, 3] (396 Aug. 3).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis posthac stilum, quod absit, proscribtionis exceperit, || solus criminis sui solvat poenas: neminem habeat in bonorum amissione consortem. Sit a proscribti mariti sorte uxor aliena, quo, ut adsolet, proscribto, || uxor ⌜propriasˈ velut manu iniecta mox vindicet aut certe quoquo modo occupatas statim recipiat ⌜facultatesˈ. Dos etiam, non quae aliquotiens inaniter dotalium instrumentorum tenore conscribitur, sed quam se corporaliter tradidisse docuerit, ⌜praesenteturˈ. Ea etiam, ⌜si forte cum proscribti bonis mixta sunt, non negenturˈ, quae ab innoxio athuc marito ante nuptias titulo donationis acceperit ⌈. Sin vero frater soror, propinquus adfinis et quicumque proscribto qualibet sorte sociantur. Tam longe enim unusquisque a metu ac poena abesse debet, quam alienus a crimine est. DAT. III NON. AVG. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

IVST.
|| *finit*
|| *redit* | ⌜res proprias ex quocumque titulo sibi quaesitasˈ
⌜ ˈ *om.*
⌜repraesenteturˈ
⌜si forte . . . negenturˈ *om.*
⌈ vel durante matrimonio largitione viri ad eam ante proscriptionem pervenerint, apud eam firmiter permaneant *fin.*

INTERPRETATIO. Quicumque damnari proscribique meruerit, ab eius facultatibus bona uxoria sequestrentur, ita ut et dotem, quam marito uxor aut eius parentes obtulerunt, et donationem, quam ante nuptias pro coniunctione perceperat, uxor retineat sibique vindicet a bonis proscriptae facultatis aliena, quia mariti crimine uxor non potest obligari.

---

*VT [finit* 13 mixta su . . .*]*. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 9, 49, 9.

